¶ Pater. Casus Quęrebatur, an in eodem testamento pater & filius, vel duo fratres adhiberi possent testes. dubium faciebat, quia suspectum videbatur testimonium plurium, & ali qualiter periculosum, quod euitant ll. in testamenti confectione. l. fina. C.eodem.quo non obstante decidiur contratium,& assignat tex.rationem, quę est eadem cum dicto, vnde potes dicere rationem esse, quia cum nihil eorum interfit, & testamentum fit extranei, non est in consideratione talis suspicio, cum vocentur a testatore, quamuis enim inter se sint domestici,nō sunt domestici testatoris vel hęredis. Nota summarium. Item quod ex vna domo plures vni negocio recte adhibētur in testes. Item quod ratio eadem cum dicto toleratur. Item quod filius non est idoneus testis in testamento patris,nec pater in testamēto filij testantis extra castra, nec frater in testamento fratris. Item quod domesticum testimonium reprobaē in testamentis.] SYL.

Alieno.

a ¶ Alieno aliud si in suo, ut ff. ꝓxi. §. & ff. de testib. testis.

* ADDITIO Domesticum testimonium est, eorum demũ, qui sub ea dẽ potestate sunt, patria uel dominica: aut quorũ alter sub alterius est ptãte. Theophilus.

b ¶ Post missionẽ. i. ẽmissionẽ: aliud si ante, ut ff. eo. qui testã §. per cõtrarium.

† alias sed & si.

ADDIT. Et est rõ secundum gl. ibi, quia tũc testes nec rogati, neq; ad solennizandũ actũ exigunt: quãuis duo requirãtur ad ꝓbandum ueritatem. Ang.

* c ¶ In ea re. idem & in alijs, † vt C. de testib. l. ij. (j) Sed qs est domesticus? Rñ. colonus, & ascriptitius, vel similes, vt C. de ijs qui ad eccl. confu. l. fi. §. sane enim si seruus. & C. de quęstio. l. pridẽ. Itẽ vxor marito, & econtra, vt sup. de vsu & habita §. item is. Item { ser- uientes siue dapiferi, vt ff. de pęnis. l. respiciendum. §. furta.

† Sic M. T. lib. iiij. Rhe to. tit. j. Domestic⁹ qs dicatur. Intelli- SYL. ge istud verũ, si sint seruitores cõmẽsales, vtq; viuãt ex pẽsis domini, alias cõtra, nisi habuissent licẽtiã si-

¶ Adde meliorem glo in c. in literis. de testi. (vbi doct. maxime Moderni tractant an & quando domesticus possit pro domestico testificari) & in summa ii. q. v. ꝙ illi dicuntur domestici, quibus ratione patrię vel dominicæ potestatis imperari potest, & omnes qui in domo habitant].

ADDIT. (j) Tu dic, quod filius quã do nihil sibi quęrit potest pro patre testificari, secundum Ioan. Fab. idem econtra in eo negocio, ex quo nec pa tri nec filio resultat commodum vel interesse, & quid de matre, & fratrib. uide Angel. hie.

plures testes alieno [a] negocio adhiberi.

¶ In testibus aũt nõ debet esse is, qui in ptãte testatoris est. Sed † si filius familias de castrensi peculio post missionem [b] faciat testamentũ, nec pater eius recte adhibetur testis, nec is ꝗ in potestate eiusdem patris est: reprobatum est enim in ea [c] re domesticum testimonium.

¶ Heres, filius, pater, aut frater hæredis prohibentur esse testes in testamento, sublata iuris antiqui dispositione. hoc dicit.

¶ Sed neq; Casus. Non figurat, quia ponitur iuris antiqui correctio ex ratione assignata per Imp. quia cum totum negocium agat hodie inter hęredes & testatores, domesticum testimoniũ repellitur. Not. ꝙ hẽs non põt esse testis in testõ: & sic ꝙ quis in cã propria testificari prohibet: & eadẽ rõne nec pater: qa cũ ei acquirat, agit de eius comodo: & eadem ratio ne frater: qa cũ talia bona patri quæ rantur, per consequens quęrunt postea etiam filio. Item nota. quod. ll. correctæ non sunt scribendę in libro. ll. Item quod principale negocium testandi agitur inter hęredem & testantem.]

ne spe SYL. reuerendis ẽpus enim ꝓ ductionis & depositiõis in spicisse cũdũ lo. Pa. hic.

¶ Sed neque hæres scriptus, neque is [d] qui in potestate eius est, neque pater eius qui in ptãte eum habet, neque fratres ꝗ in eiusdem patris potestate sunt, testes adhiberi [e] possunt: quia hoc totum negocium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter testatorem, & hæredem

d ¶ Neque is. no. quod his tribus modis dicitur quis contingere me ꝑ potestatem.

e ¶ Adhiberi. Quia eorum negociũ est, cum & lucrum & damnum ad eos pertineat. ff. qñ app. sit. l. j. §. in propria (j) & vere eorum, quia &c. SYL.

SYL. ¶ Adde, ꝙ militat ẽt rõ pręsumptę affectionis, quę non cessat cessante cõmodo patris, & ideo in ijs, in quibus hodie nihil quęritur patri, omnino repelleretur, vt per Arc. hic.]

ADDITIO. (j) Monachi tamen in monasterio possunt esse testes. c. insuper. extra de testib. Idem in hominibus vniuersitatis pro ipsa vniuersitate vel castro, in negocijs ex quibus non resultat commodũ in particulari, sed in communi. Ang.

habent in potestate, a huiusmodi licentiam damus.b

¶ Testamentum potest in qualibet materia scribi, & pluribus Codicibus. Aretinus.

¶ Nihil aũt interest testium in tabulis, an in chartis,c membranisue, vel in alia materia fiat.

¶ Sed & unumd testamentum plurib. codicibus conficere quis potest, secundũ obtinẽtem tamẽ ob seruationẽ oĩbus factis, quode interdũ ẽt necessarium est, uel uti si quis nauigaturus & secum ferre, & domi relinquere iudiciorum suorũ contestationẽ uelit, uel propter alias innumerabiles causas, q̃ humanis necessitatibus imminent.f

SYL. a ¶ In potestate. Item tabellioni, vt ff. eo. l. Domitius.

¶ Declara hanc glo. ut per Ioan. de Pla. hic.)

b ¶ Damus. C. de testi. l. omnibus. cõtra. Solu. hic agitur de uiribus testamẽti iter hęredẽ & aliũ agentem cõtra testamẽtum, alias cõiunctus con iuncto nõ ferret testimoniũ. i. unus legatarius alij. Et scd'm hoc falso, hic sumit argumentũ, q̃ socius in cã socij admittit in testimoniũ. Vel dic hoc speciale, †vt coniunctus pro cõiũcto admittatur quasi in re sua, fauore testamẽti & ultimæ voluntatis, q̃ debet dominari, si legitima est, vt C. de lega. cũ qõ. in fi. & erit bonum argumentũ supra dictum. Sed argumentũ contra est. C. de testi. qm̃. in fi. Sed respondeo, finis illius legis non refertur ad totũ, qđ erat dictum. Distingue tñ, an lucrum redeat ad eum socium, ut tunc nõ admittatur, alias sic, vt ff. quando appel. sit l. j. §. in propria.

†Istam approbat Bartol. in l qui testã. ff. e. & idem hic Angel. & Pl. hic.

SYL. ¶ Adde, q̃ cõis solu est, quia nõ interrogatur directo sup legato, sed in consequentiam secundum gl. in d. l. omnibus. quę communiter approbatur.)

SyL. ¶ Nihil. Casus Quęsitum est, an in qualibet materia testm̃ scribi posset, & videbat q̃ nõ, sed q̃ deberet scribi in chartis vel mẽbranis tanq̃ qđ cõe fit: ex insolitis enim fraus præsumit, de qua valde timet in testõ, cuius cõtrarium deciditur, ex eo quia in testamentis ipsis voluntas quomodocũq; cum debitis solẽnitatib. expressa est satis. Item fuit dubitatum, an plura exempla fieri possent testamentorũ & uidebatur dicẽdum q̃ non, ꝑp ambiguitatem, & quia vnicum faciendũ est testamentum, nõ plura, cuius contrarium deciditur, quia cũ sit quid intellectuale testamẽtũ, & si fiãt mille exẽpla, semper vnũ est. No. testamẽtum in qualibet materia scribi posse. Item q̃ de uno eodemq; testõ plures scripturę confici possunt: quia semper intellectualiter erit vnum testm̃. Item q̃ pluralitas scripturarũ non facit præsumi pluralitatẽ factorũ. Item q̃ quandoq; est necessariũ confici plures scripturas. Item q̃ in multis est periculũ homini. Item quod innumerabile dr̃, qđ difficile numerat.)

c ¶ In chartis. sic supra de rerũ diu. §. literæ. †Accur.

ADDITIO. Et dic in chartis etiam rasis, secus tñ in alijs instrumentis.

d ¶ Et unum. sic. ff. eo. l. unum.

e ¶ Quod. scilicet ut pluribus fiat codicibus

†Adde l. charte. ff. de bo. pos. sec. tab.

f ¶ Imminent. Sic in authen. de con sang. & ute. fra. §. qa vero. col. vj. Sed nunquid ex his exemplis probat? Respon non sine authentico, vt in authẽti. vt spon. lar §. & hoc insuper. colla. ix. & ff. de fide instrumen. l. quicunq; & ff. de bonor. poss. secundum tabul. l. j. §. sed & si unũ. sed hic ambo sunt principalia.

SyL. ¶ Adde, q̃ hæc opi. cõiter tenetur, nõ enim ita disposuit hic testator, vt in l. j. §. si quis in duobus. ff de bon. pos. secundum tabu.

SYL. ¶ Sed hęc quidem. Casus Nõ figuratur, quia datur regula & modus cõdendi testm̃ nũcupatiuum. No. dupli

cē ſpēm teſtamentorum, in ſcriptis, & nuncupatiuum. Item ꝙ in eo requirunt̃ ſeptem teſtes. Itemq́ꝫ debent eſſe in pręſentia teſtatoris. Item ꝙ teſtm̃ nūcupatiuū totum eſt de iure ciuili, nec partici-pat cū iure prętorio.)

Teſtiū numerus quibus in teſtis eſt adhibēdus.

a ¶ Sꝫ hęc. Septem teſtibus. q̄nque nullus noce atur, vt ſi miles moriat̃ ī bello, vt no. C de milit. teſta l. mili tes. q̄n q; vnus, vt Imperator, vt C. eo. oium. q̄n q; duo:(j) ut inter filios, vt C. e. hac conſultiſſima. § ex imꝑfecto. Vel ſi in tentorio faciat teſtm̄ miles, vt ff. de mili. teſt Lucius. q̄nque tres, vel quatuor, vel panciores, vt C. eo. ſi nō ſpeciali, quādoque quinque: vt in teſtamēto ruſtici, vt C. eo. l. fi. §. ſinaurem. quandoque ſeptem, vt generaliter, ut hic, & C. eo. hac conſultiſſima. quandoque octo, vt C qui te ſta. fac poſſ. hac conſultiſſima.

† alias deeſt in

ADDITIO. (j) Etiam ſi ſint mulieres, & qui alias non eſſent idonei, vt ibi no. per Ang.

Teſtes debent rogari

b ¶ Adhibitis. i. rogatis vt interſint, & ſint attenti, vt ff. eo. hæredes § pe. & in Auth. de teſti. §. & licet. in fi. §. collatio. vij.

SYL. ¶ Adde, ꝙ ita cōiter teneť in l. hac cōſultiſſima. C. eo. ꝙ in teſtō. nuncupatiuo requiratur rogitus teſtium, quāuis aliqui contrarium ſenſerint.]

ADDITIO. Et ſic debet articulari & probari.

c ¶ Coram. Scilicet pālam nominando hęredes, ff. eo. l. hęredes.

d ¶ Nuncupata. inde dicitur nuncupatiuum teſtamentum.

SYL. * ¶ Alciatus li. ij Parer. c. xxxij. hāc uocem a nūcupādis teſtibus deriuat, ſed (vt opinor) rectius. A ccur. a nuncupanda. i. notificanda voluntate.)

¶ Iure teſtatur etiā quis ſine ſcriptis, declarata uoluntate coram ſeptem teſtibus. hoc dicit.

¶ Sed hęc quidē de teſtamentis, quę† in ſcriptis conficiūtur, ſufficiunt. Si quis autem ſine ſcriptis uoluerit ordinare iure ciuili teſtamentū, ſeptē teſtibus[a] adhibitis,[b] & ſua uolūtate coram[c] eis nuncupata,[d] ſciat hoc perfectiſſimum teſtamentum iure ciuili, firmumq; conſtitutū.

* ADDITIO. Nuncupatur teſtamentum in hunc modum: Tabulas te ſtamēti teſtator tenens ita dicit, Hęc vt in his tabulis cerisve ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor. Itaque uos Quirites teſtimoniū p̄bitote, quę nuncupatio & teſtatio vocatur. Vlpianus in titulis, tit. xx.

¶ De militari teſtō.

¶ Voluntas militis in expeditione exiſtentis, quo modo declarata, uim obtinet teſtamenti. hoc dicit.

¶ De militari teſtō.

Continuatio.

¶ Viſum eſt ſupra de teſta. in genere, nunc ſequitur videre de teſtamentis in ſpecie. Vel aliter, Viſum eſt ſupra de teſtamētis, q̄ fiunt ſecundum communis iuris diſpoſitionem, nunc ſequitur uidere de illis, quæ fiunt iure priuilegiato, vt eſt teſtamentum militare, ideo.

¶ Adde, ꝙ continuatio fit hic per Imperatorem in prin. dicēdo, ꝙ a ſupra dicta regula excipit̃ teſtm̄ militū pro pter eorum imperitiam, & ideo dicto de his in genere, ſubijciunt̃ exceptiones & de teſtō ī ſpecie, arg. l. itē apud § hoc edictum. ff. de iniu.) Eſt aūt miles, qui iurauit a ſignis non recedere, vt ff. ex qui. cau. ma. l. pen. & ſcriptus eſt ī matricula, vbi & alij milites ſcripti ſunt, vt ff. eo. l. antepe. & per totum tit. ſunt & alia neceſſaria vt aliquis ſit miles, vt diximus. ff. ex quib. cau. ma. l. pen. & in Auth. de manda. prin. §. fi. col. iij. Item miles dicitur a malo, qđ ſuſtinet pro alijs, vel a mille, quia ex numero mille hominum eligitur, vt ff. eo. l. j §. miles. Accur.

Miles vñ dr̃.

ADDIT. Aduertendum eſt, quod in milite ſex sūt neceſſaria ad hoc, ꝙ habeat priuilegia militib. conceſſa: Primo, ꝙ enſe cingatur ff. de teſta. mi. l. ſex. Secundo, ꝙ in numero aliorū ponatur, & ī matricula ſcribať. ff. đ teſt. mili. l. ex eo rpe. Tertio, q̄ p̄ſtet ſacramentum, ꝙ mortem nō euitabit pro-

Miles cognoſcit per ſigna.

repu-

republica, neque a signis recedet. ff. ex qui. cau. ma. l. pe & de ijs qui no. infa. l. ij. §. miles. Quarto, quod stigma. i. nota publica brachijs suis scribatur C. de fab. l. iij. lib. xj. Quinto, quod examinetur. C. qui milit. non poss. l. j. lib. xij. vj quod non sit negociator. C. neg. ne mi. l. j. libro xij. †

* † Adde l. milites. C. de loc. & condu.

Diuisio. Supradicta. ¶ Totus iste titulus diu. prin. in duas partes. Primo ponit de militibus testantibus in tentorio, vel in peculio castren. Secundo de testamento in quasi castrensi. secunda ibi. (Sciendum.) Item prima subdiuiditur. Nam primo ponit continuationem per modum remotionis siue exceptionis cum positione noui statuti. Secundo, qualiter priuilegium concessum militibus, quod possunt testari quomodo volunt, intelligatur. Tertio, quod etiam miles mutus, & generaliter defectiuus potest testari. Quarto, qualiter post missionem testatur. Quinto, quod mutatio status ipsius militis, dumodo interueniat noua uoluntas, non vitiat testamentum factum. Secunda ibi (Plane.) Tertia ibi (Quinimmo.) Quarta ibi (Sed hactenus.) Quinta ibi (Sed & si quis.) Aretinus.

SYL. ¶ Supradicta. Casus. Aliter non esset figurandus, cum procedat Imperator tradendo doctrinam, excipiendoque a regula, dubium enim faciebat generalis dispositio supra facta, ratio autem decisionis ponitur in tex. propter imperitiam militum, quos scire magis decet arma quam ll. lege fina. C. de iure deliberan. No. quod voluntas militis in expeditione quoquo modo declarata, habet vim testamenti. Item quod miles praesumitur ignorare iura & sic quod in milite iuris ignorantia toleratur. Item quod in testamento militis numerus testium neque alia solennitas requiritur.)

SUpradicta diligens obseruatio [a] in ordinandis testamentis, militibus propter nimiam imperitiam [b] eorum constitutionibus principalibus remissa est. Nam quamuis ij neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solennitatem [c] obseruauerint, recte nihilominus testatur. uidelicet cum in expeditionibus occupati sunt: quod merito nostra constitutio introduxit. [d] quoquo. n. modo uoluntas eius suprema inueniatur, siue scripta, siue † sine scriptura, ualet testamentum ex uoluntate.

† alias siue non scripta.

a ¶ Obseruatio. quae consistit in quatuor. vbi est in scriptis testamentum conditum, uel in sola nuncupatione heredis coram septem, testibus, ut supra tit. primo. §. sed cum paulatim. & §. fina. & ff. de hered. instituen. lege prima §. quod neque.

b ¶ Imperitiam. C. de iure deliber. l. fi in princ. & C. de iur. & fac. igno. l. j.

c ¶ Solennitatem. Scilicet circa sigilla & subscriptiones.

d ¶ Introduxit. Sed tunc demum cum in militia sunt, habent priuilegium, ut C. eo. l. penul. & hic subijcit.

* ADDITIO. Et quando miles in conflictu ac hostium congressu testatur, quod si in vagina aut clypeo sanguine suo aliquid annotauerit, aut pulueri gladio inscripserit, pro testamento habetur. l. milites. C. eo. debet tamen probari duobus testibus. l. Lucius. & ibi glos. eodem alio casu quando in extremo periculo vitae non reperitur tunc duo testes rogati requiruntur. l. diuus, cum glos. ff. eo. §. plane. infra eodem. H. M.

SYL. ¶ Illis autem. Casus. Quaerebatur, an miles extra expeditionem testari posset iure militari sine solennitatibus. & videbatur dicendum quod sic, ratio enim imperitiae assignata militat in expeditione sicut extra. Cuius contrarium decidit ex eo, quia tunc possunt consulere peritiores, & ita excludere ignorantiam, & ea, quae ratione occupationis militiae conceduntur, cessant, ut dicitur in gl. Sed tunc quaeritur, an filiusfam. miles

testari possit, & videbatur, ꝙ non, per l. pe. & si C. qui testa. fac. pos. cuius contrarium decidit. ratio autem assignatur in tex. propter militiam, quia hoc militiae tributum est, vt in castrensibus filij pro patribusfa. habeantur.

No. quod cessante causa priuilegij cessat priuilegium. Item ꝙ miles extra expeditionem debet testari iure com. Item quod filiusfa. miles testari pot. dummodo testetur iure com. Item ꝙ illi, qui non sunt milites, appellantur pagani.

luntate eius.

¶ Miles testando extra expeditionem debet testari secundum ius com. & licet filius familias sit, testari tamen potest. Aret.

¶ Illis autem[a] temporibus, per quae citra expeditionum necessitatem in aliis locis, uel suis aedibus degunt, minime ad uendicandum tale priuilegium adiuuantur. b

a ¶ Autem. pro sed.

b ¶ Adiuuantur Et nota, ꝙ cessante causa cessat & effectus.

SYL. ¶ Adde, ꝙ causa expressa supra, per nimiam eorum imperitiam, cessare non videbatur et extra expeditionem. Ideo dic, quod illa est causa remissionis in genere, sed causa constitutionis Iustin. de qua meminit ibi, quod merito est occupatio circa rem milit.] Et potest hic sumi argu. quod cessante clerico ab ecclesia, †cessat praebenda, sic. C. de episc. & cler. l. generaliter. ij.

SyL. ¶ Adde, ꝙ haec q. hodie decidit in c. relatum. & in c. inter quatuor. & in c. fi. de cler. non resi.) Sed arg. contra ff. de postu. l. j. §. sexum, quia Calphurnia dedit causam edicto, vnde cessante causa cessare debet edictum, quod non est verum. Sed hoc vltimum generale de causa impulsiua dicit, primum de finali, sine qua res esse non potest.

SyL. ¶ Adde, quod in dubio causa, si est expressa in l. finalis praesumitur, vt dicit glo. in l. cum tale. §. falsam. in ver co haeret. ff. de cod. & demon. alias secus, glo. in l. ij. §. fi. de dona. & illa dicitur causa finalis, quae est generalis, vt per Bar. in d. § fi.

†Scilicet contumaciter, vt quia citatus a superiore, minime in tempus conueniens ueniat, secundum doctor. hic.

c ¶ Et si filiusfamilias. Licet hi alias prohibeantur, vt j. tit. j. in princip. & ff. de do. cau. mor. l. iam is. §. j.

d ¶ Iure tamen com. Quantum ad solennitatem, non quo ad hoc, vt detur querela contra eius testam, sicut in alio veterano quod sui iuris est, ut C. de inoffi. testa. l. fi. §. in his. & ff. de inof. testa. l. Papinianus §. si quis in militia. Item hoc est verum, quando est domum reuersus, sicut supra proxi. dixit: alias sicut miles alius vtitur speciali iure, sic & iste arg. ff. eo. ex militari. §. j & l. testamenta eorum. §. fi.

¶ Sed testari quidem, & si c filij familias sint, per militiam concedunt, iure d tamen com. eadem obseruatione & in eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum e proxime exposuimus.

¶ Priuilegia militum tunc habent locum, quando constat militem testari uoluisse, aliter non. h. d.

SYL. ¶ Adde, ꝙ si loquimur de iure. ff. & C. gl. vera est, si de iure nouissimo, com̄is opi. est, ꝙ subiaceat querelae, secundum gl. in l. aduersus. ff. de inoffi. testa.)

e. ¶ Paganorum. A pago, quod est villa, dicitur. q. d. non militum.

* ADDITIO Pagani a pagis dicti videntur, quod illi rei rusticae agrisque colendis relinquerentur, nam auctis P.R. opibus coepit rei rusticae studium tenuissimis relinqui.

SyL. ¶ Plane. Casus. Querebatur, an illa verba (quoquo modo voluntas constet habeatur pro testo) generaliter intelligerentur. & videbatur dicendum ꝙ sic, quia indefinite dicitur, quoquo modo inueniatur voluntas cum scriptura vel sine, valeat. Tamen dicitur contrarium, declarando ꝙ intelligitur, quando re uera constat uoluisse testari, quia alias illa non est voluntas, puta si per iocum aut adulatorie quid dictum sit No ꝙ priuilegium concessum alicui actui intelligitur, si ille actus sit Item ꝙ per priuilegium militum tam latum non remittitur numerus duorum testium,

quod

quod est de iure naturali. Itē qđ mulier potest esse testis in testamēto militis. verbū enim, homo, ad eam trahitur. Item quod in testamento militis requiritur rogitus testium. Item qđ nomen heredis debet exprimi a milite. Item qđ uerba iocosa non disponunt.)

C. de lega. uel oblatiuis, gl. i l. ij. C. in quibus ca. co. cap. censi. l. i. xj. vel commendatitijs. l. si uero non remunerandi. §. cum quidam. ff. man. uel enunciatiuis. l. ex hac. ff. de don.)

¶ Plane de testamētis militū diuus Traianus † Catilio Seuero ita rescripsit, [a]

¶ Id priuilegiū, qđ militantibus datum est, ut quoquomōfacta ab his testamenta, rata sint, sic intelligi debet, ut utique prius constare dēat testm̄ factum esse, quod & sine scriptura & a non militantibus fieri pōt. † Si ergo miles, de cuius bonis apud te quæritur † cōuocatis ad hoc hominibus, [b] ut uoluntatē suā testaretur, ita locutus est, ut declararet quem uellet sibi hæredem esse, & cui libertatē tribueret, pōt uideri sine scripto hoc modo esse testatus, & uoluntas eius rata habēda est. Cęterum si [vt plerunq; sermonibus [c] fieri solet] dixit alicui, Ego te hæredem facio. uel, Bona mea tibi relinquo. non oportet hoc pro testō † obseruari. Nec [d] ullorum magis interest, quā ipsorū quibus id priuilegiū datum est, huiusmodi exemplum non admitti, alioquin non difficulter post mortem alicuius militis testes existerent, qui affirmarent se audisse dicētem aliquem se relinquere bona cui uisum sit, & per hoc iudicia uera subuerterentur.

¶ Miles, licet sit mutus uel surdus, tamē testatur. Aret.

¶ Quinimo [e] & mutus, [f] & surdus miles testamentum facere potest.

† alias Statilio

a ¶ Plane. Rescripsit. vt ff. eodem diuus.

b ¶ Hominibus. saltē duobus, ut ff. eo. Lucius. & ff. de testibus. l. vbi, & hoc ē quādo in teniorio. si autem in cōflictu belli, nullo ēt teste uocato, vt C. eo. milites. (j) si autē est domi, iure cōi, vt supra eo. §. illis.

† alias Is ergo

† alias conuocatis.

ADDI. (j) Debet tamē aliquo modo de uoluntate constare, uel per duos testes uel per comparationem literarum, vel alio modo. & facit ut remissa penitus omni solennitate, non de naturali; sed ciuili tantum intelligatur Ang.

c ¶ Sermonibus. Forte cā demonstrādi, vt magister discipulo, uel ludi causa. ut ff. de ac. & obli. l. obligationum substantia. §. fi. vel affectionis, vt ff. de iure codici. l. literæ. †

† Tu S y L. dic, qđ

¶ Adde vel per antiphrasim. l. cum quidam. cum glo. in verbo, affectionem,

d ¶ Nec ullorū. Sic infra ad l. fal. circa princ. sic C. de rescin. vend. l. ratas.

¶ Quinimmo. Casus. Querebat, an mutus uel surdus milites testari possint. & dubiū faciebat tex. in §. itē surdus. j. titu. j Tn̄ cōtrariū decidit, quia in milite testante nō requiritur formalitas solēnitatum, sed sufficit quo mō de uolūtate cōstare, de qua ēt constare pōt per signa & nutus. Iō miles surdus, uel mutus, testari possunt. No. summariū. Itē quod miles pōt nutu instituere hæredē, intellige, nisi aliter nominare possit. Item quod nō solū mutus uel surdus testari possunt, sed mutus & surdus simul.)

nulla verba operantur testiū, nisi appareat qđ voluerit testari, & ad hoc se disposuerit, secus in contractibus vbi ī dubio verba p̄sumuntur obligatoria, nisi aliud ex cōiecturis appareat. An verbum relīquo īportet instōnē legatū, vel fidei com. vide Ioā. Fa. hic.

† alias seruari.

e ¶ Quinimmo. Habet priuilegiū circa solēnitatē, quinimmo & circa substantiam testi: vt qui alias testari non posset, hic tamen possit, vt ff. eod. l. iiij.

f ¶ Mutus siue nā, siue casu, vt sit priuilegiū alqđ, vt C. qui. te. fa. pos. l. discretis, & hoc iure militari, vt ff. eo. in

re

re militari. Accur. Dũmodo appareat ipsum sic voluisse testari ꝑ signa sua, quę per notos possunt interpretari. * ADDI. Ias. hic accipit surdum & mutũ ex accidenti, non aũt ex natura sed magis placet opi. glo. & similẽ habes in §. itẽ surdus. ĩ. tit. j. q anon distinguit Imp. H. M.

SYL. ¶ Sed hactenus. Casus. Quęsitũ fuit an post missionẽ durẽt priuilegia militum. & videbaẽ qđ sic in memoriã pristinę militię, qua si hęc perpetuo cõcessa sint. Cuius contrarium decidiẽ, quia cũ rõne occupationum militarium concedanẽ, his cessantib. cessat priuilegiũ, datur autẽ anni spatiũ ad mutãdũ testm̃, & iõ condõ ueniens post annũ non uitiaẽ, quia retro trahiẽ ad diẽ mortis uel aditę hr̃ditatis, ut diciẽ in gl. No ꝙ priuilegiũ concessũ respectu certę qualitatis durat ea durãte. Itẽ ꝙ cessante eã priuilegij cessat priuilegiũ. Itẽ ꝙ miles nõ exercens militiã non gaudet militum priuilegio. Item ꝙ testm̃ iure militari factũ durat per annum post missionem. Itẽ condõ retro trahitur. Item quod ad validitatem testamenti inspicitur tp̃s mortis non conditionis existentis.)

¶ Miles post missionem iure cõi testaẽ, & ante factum testamentum ualet intra annũ, ẽt ꝙ condõ in eo adiecta duraret post annum. h. d.

¶ Sed hactenus[a] hoc illis[b] a principalibus constitutionibus cõceditur, quatenus militant, & in castris degunt. Post missionẽ [c] vero ueterani, uel extra castra alii, si faciant adhuc militãtes testamentum, cõi omnium ciuium Romanorum iure id facere debent. Et quod in castris fecerint testamentum, non communi iure, sed quomodo uoluerint, post missionem intra annum tãtum ualebit. Quid ergo si intra annum quis decesserit, conditio autẽ hęredi ascripta post annũ extiterit, an quasi militis testm̃ ualeat? Et placet ualeẽ [d] quasi militis.

a ¶ Sed hactenus. Quidam dicũt hic nõ esse. §. & asserunt, quod omne priuilegiũ, quod habet miles, perdit cũ redit de militia. Sed nos dicim⁹. § hic esse, & distinguimus † iter priuilegiũ quod habet vt testeẽ qui alias testari non potest, vt filiusfamilias, & mutus, vt illud duret post reuersionẽ, vt supra proxi. § & §. sed testari. & ff. eo. Titius. in princ. Alia vero priuilegia quæ habet in testando, finiantur, vt hic, & supra eo. §. illis autem. ¶ Adde, ꝙ opi. gl. cõiter tenetur hic, quod etiam post missionem filiusfami. & mutus testentur.)

† Idem Pla. hic.

SYL.

b ¶ Illis. s. militibus, vt reliqua priuilegia. s. de numero testiũ hẽant in testando, & sic nõ refertad proximum. §.

c ¶ Post missionẽ. honestam. s. finito tpe militię, vel causariã, si ante tp̃s ex necessitate recessit, † si autẽ ignominiosa est missio de finit statum valere vt ff. eod. testamenta eorũ. & C. eod. l. ex testamẽto. Sed si miles de capitali crimine dãnatus fuerit, si quidem de cõi, vt homicidio, & simili, nõ poterit a modo testari. ff de ve. & mi. su c. l. j. in fi. Si autẽ militari, vt quia alienauit arma uel similia, quę numeranẽ. ff. de re mi. l. ij. & iij. & idem ẽt de fide rupta, non põt testari, vt ff. eo. l. ex militari. alias poterit in castrensibus tantum, si ei hoc in sententia permissum fuerit, alias nõ, † vt ff. de iniu. rup. test. si quis filio exhęredato. § sed & si quis fuerit capite. & de leg. iij. l. si quis in princip. §. miles.

† Et dicit Angel. qđ scholaris absens a studio ꝑ quinquẽniũ perdit priuilegium.

* † Facit ad hoc tex. in l. cum hic S Y L. §. si miles ff. de don. inter uir. & uxo.

¶ Adde, quod hoc in pagano fieri nõ posset d. §. miles, nisi ex causa, vt per Alex. in l. & militibus. C. eod. & dicũt doc. hic.]

d ¶ Valere. Quia cõditio retro trahitur, vt ff de peri. & com. rei vend. l. necessario. §. j. & qui pot. in pig. hab. l. potior. ij. respon. & facit. ff eod. quod dicitur & l. quod constitutum.

¶ Sed & si quis ante militiã. Casus. Quęsitũ est, an testamẽtũ non iure factum

ctū a pagano, si miles efficiatur, & aliquid addatur, cōfirmetur. & uidebatr̄ ꝙ nō, quia cum a principio non ualuerit, non vr̄, ꝙ possit ex tp̄e aliquo modo confirmari. Cuius cōtrariū respondetur ea ratione, quia cū aliq̄d addat uel minuat, uī nouū quid facere. l. ius ciuile. ff. de iusti. & iu. vnde sicut si ita disposuisset tūc, ualeret, ita dꝫ ualere, qñ constat ꝙ illam uoluit esse suā uoluntatē. Itē dubitabatur, nūquid capitis diminutiōe testm̃ prius factū irritaretr̄ in milite, & rō dubitandi colligir̄ ex. §. alio infra q. mo. test. infir. Tñ contrariū deciditur fauore militię, q si durauit in eadem voluntate, facit testamentum ualere. No. ꝙ testm̃ non iure factum ante militiam nō ualet, etiam eo effecto milite, & nihil aliud faciēte. Itē ꝙ aperiēs testamentum ante factum uidetur illud uelle īualidare, nisi alia adiiciat, & ita colligitur hīc in uersi. & quędā adiecit, ex quo nota imperitiā aliquorū hic, qui intelligebant resignare. i. sigillare, nam resignare importat aperire. Item quod addens aliquid & detrahens. in cæteris uidetur approbare. Itē qđ addens uel detrahens dicitur de nouo facere Item quod agitur ex confirmante, non ex confirmato. Itē quod militis testamentum capitis diminutione irritatur.)

¶ Testamentū factū ante militiā siue solēnitate ualet, si post militiam apparet de militis uolūtate, idē, si miles post testamētum fuerit capite minutus. Aret.

¶ Sed & si quis ante militiā non iure fecit testamentum, & miles factus & in expeditione degēs resignauit[a] illud, & quędam adiecit,[b] siue detraxit,[c] uel alias manifesta est militis uoluntas hoc ualere uolentis, dicendum est ualere hoc testamentū: quasi ex noua[d] militis uoluntate. Deniq, & si in arrogationē datus fuerit miles, uel filiusfamilias emancipatus est, testamentū eius † quasi ex noua militis voluntate ualet, nec vr̄[f] capitis diminutione irritū fieri.

¶ Filiusfamilias in quasi castrēsi pōt facere testamentum secundū ius cōe. Ang.

¶ Sciendum tamen est, ꝙ ad exemplum castrensis peculij, tā anteriores leges,[f] q̃ principales constitutiones[g] quibusdam[h] quasi castren-

cum aliquis.

b ¶ Adiecit. Vt ff. de iure cod. l. conficiuntur. §. si miles.

c ¶ Detraxit. † Nota ex hoc verbo, ꝙ detrahēs in uno articulo, in alijs cōfirmare vr̄. Et sic no. in ducta ad unum finem operari contrarium, qđ facit, vt per instfm emphyteuticū probetur dominium. Ioan. Fab.

† Ista glo. non est Acc. sed Io. Fab.

† alias quasi militis ex noua uolūtate ualet.

d ¶ Ex noua. No quod ab initio nō ualuit, ex post fcō tñ cōualescit.

* ¶ Male notat hoc ex isto tex. quia hęc est noua uoluntas, & consequenter nouum testm̃) SYL.

e ¶ Nec vr̄ qđ resignauit postea. Vel dic, sicut nūc de nouo facere potest, sic vetus non rescindir̄. Et secundum hoc dic noua uoluntate. s. tacita. aliud in pagano, ut infra qui. mo. testa. infir. §. alio.

¶ Sciendum. Casus. Nō est figurandus, cum referat concessionē & priuilegium quasi castrensibus tributū. No. quod filiusfamilias ī quasi castrēsibus recte testatur, si iure cōmuni testamentum conficiat. Item quod quādo aliquid facere conceditur in priuilegium alicui, intelligitur concessū vt illud faciat secundum legum ordinationem. Sy L.

f ¶ Leges. s. Digestorum, vt ff. de col. bon. l. j. §. nec castrense.

g ¶ Constitutiones, vt C. de assesso. l. velut. & C. de aduo. diuer. iud. l. fori. & alię plures. Accur.

a ¶ Resignauit. idest sigilla aperuit, & remouit, vt ff. eodē lege tribun°. §.

h ¶ Quibusdā. vt Consulibus, & Prę-

fectis

fectis legiorum, & Præsidibus prouinciarum, qui sunt filijfamilias, vt C. de inoffi. test. l. fi.
a ¶ Constitutio. C. de inoffi. test l. fi.
b ¶ In huiusmodi. s. cas. & quasi, nã i aduẽtitio ñ pt, lȝ hẽat ꝓprietatẽ, ut C. de bon. q li l fi §. filijs aũt familias

SYL. ¶ Add hoc verũ ẽt in ijs aduẽtitijs in qbus pri nõ qrit vsusfructus, secũdũ cõem opi. in l j §. in filij. ff. ad treb.)
c ¶ Iurecõi Nisi sit miles in castris vt s. eod. in princ. Itẽ tale testm̃ nõ expugnatur ꝑ querelam inofficiosi testamenti, vt C de inoffi. test. l. fi.

† alias dederũt
† alias qđ nr̃a constõ latius &c.
† alias his tm̃modo peculijs.

sia, † dederãt peculia, & horũ quibusdã ꝑmissũ erat, ẽt in ptãte degenetibꝰ, testari, † nostra id constõª latius extẽdens, permisit oĩbus † in hmõi ᵇpeculijs testari qui dẽ, sed iure cõi, ᶜ cuius constitutionis tenore ꝑspecto, licentia est nihil eorum, q̃ ad præfatum ius pertinent, ignorare.

¶ Quibus non est permissum facere testamentum.

ADDI. Dic qđ hodie hoc non est uerũ, imo subiacet q̃relę, secundũ cõem sniam, si parentes ptereat vel exhrdet sine causa, vt §. & hæc quidem, in auth. vt cum de appel. cognosci. Ang.

SYL. Continuatio. ¶ Quibus non est permissum facere testamẽtum ¶ Quia continuatio fit per gl. j. quę cõis est, non expedit aliter continuare, pręserim cum Impe. ipse annectat titulum hunc pręcedentibus in primis verbis.)

Diuisio. N On tamen. ¶ Iste titu. diuiditur in septẽ partes, quia enumerantur septẽ gradus personarum. Et primo ponit de filio familias. Secundo de impubere. Tertio de furioso. Quarto de prodigo. Quinto ponit de surdo & muto. Sexto de cęco. Septimo de capto ab hostibus. Secunda ibi (Pręterea.) Tertia ibi (Itẽ furiosi.) Quarta ibi (Itẽ ꝓdigus.) Quinta ibi (Itẽ surdus & mutus.) Sexta ibi (Cæcus.) Septima ibi (Eius q. Acer.

SYL. ¶ Casus. Nõ figurat aliter, cũ tradat doctrinã, & enumeret ꝑsonas prohibitas testari, sola. n. difficultas videbatur, ꝙ quis qs filius fa. testatus sit, ũ tñ cum tali testõ decesserit iam effectus paterfa. profecto videbatur testm̃ ualere, qa cum testm̃ accipiat confirmationẽ ex morte, illud tps videbat inspiciẽdũ, qa eo tpe rẽ uera põt dici testatorẽ id dispõner quod facit. Cuius cõtrariũ decidit ex regula, Quę ab initio non ualent, tractu tpis non cõfirmãtur, cũ hic non pręsupponat aliqd aliud iteruenisse, nisi cursus tpts, nõ aliqs actꝰ positiuus, ut in §. sed & sigs. s. tit. j. No. ꝙ edictum de testamentis est ꝓhibitoriũ certarũ ꝑsonarũ. Itẽ ꝙ filius fa. nõ testatur nisi in peculio castrensi uel quasi. Itẽ ꝙ ꝑ militiã qs nõ liberat a ptãte pris. Item ꝙ creditores pris non habẽt regresũ cõtra peculiũ castrense filij rõe debitorũ pris. Itẽ ꝙ testm̃ nullũ tractu tẽporis, ẽt cessante impedimento, ob qꝰ non valet, non reassumit uires.)

¶ Filius in ptãte testari ñ pt, ẽt parte cõsentiẽte, nisi de peculio castrensi, uel quasi: d quo & ueteranꝰ, patre ẽt inuito dispo nere potest. h. d.

N On ᵈ tamẽ oĩbus licet facere testm̃. Statim ᵉ. n. ij, q alieno iuri subiecti sunt, testi faciendi ius nõ hẽnt, adeo qdẽ ut q̃uis parẽtes

d ¶ Non tamen. Videbatur quẽlibet seruãtem supradicta posse testari, sed contrarium est in tredecim casib. qui in titulo isto pro parte dicuntur. † Et hoc est, quod dicit, non tamen &c. & no. j. eo. §. fi. Accur.

† Ista gl. ẽ approbata ꝑ Ang. hic.

e ¶ Statim. i. in primis, uel statim. l. eo ipso.
* ADDI Nõ obst. tutelã eẽ ius publicũ vt s. de execu tu. in prin. & tamẽ patria ptãs nõ ipedit, quia in ea filius fam. repsentat publicã ꝑsonã vt ĩ magistratu. l. nã quod. ff. ad treb. secus in testa-

testõ quia vt priuatus in eo agit, & vt de Bar. in l. tam is. §. filius fam. ff. de do na. cau. mor. H.M.

Filiusfamilias licet testari nõ possit, tñ po teſt donare cã mor.

a ¶ Permiserint. Sed cã mortis filius donare põt pre consentiente. vt ff. de don. cã mor. l. tam is. in fi. & ratio diuersitatis ẽ, quia testm̃ ex libero nõ alieno arbitrio dẽt pro cedere, vt ff. de her. iſt. l. illa inſtõ.

¶ Adde, ꝙ hoc nõ procedit ad pias cãs. ca. licet. ꝺ sepul. lib. vj.]

SYL. * ADDI. Contrarium tamen tenet Fulg in l. seniũ C. de testa. & Ioan. And. in ea. si uẽ de testa. in nouel. limita ẽt vt p Soe. in lib. fallen. in regu. Filiusfamilias. H.M.

Nihilomagis & nihilo min^s differũt.

b ¶ Nihilo magis idest nõ ideo magis, habet.n. in se negatiuam, sicut nihilominus affirmatiuam. Accur.

eis permiserint, [a] nihilomagis [b] iure testari possint, exceptis ijs, [c] quos antea enumerauimus, & p̃cipue militibus, qui in potestate parentum sunt, quibus de eo, quod in castris ac quisierunt, pmissum est ex constitutionibus [d] principum testamentum facere. Quod quidẽ ius [e] ab initio tñ militantibus datum est, tam ex auctoritate diui Augusti, [f] quam Neruæ, nec non optimi Imperatoris Traiani, postea uero subscriptione [g] diui Adriani, etiã dimissis a militia, id est ueteranis [h] concessum est. Itaq; si quidem fecerint de castrensi peculio testamẽtũ, pertinebit hoc ad eum, quẽ hæredẽ reliquerunt: si uero intestati decesserint, nullis [i] liberis uel fratribus superstitibus, ad parentes eorum iure [k] cõi pertinebit. Ex hoc itelligere possumus, quod in castris acquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id uendere, uel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune [l] esse, sed scilicet propriũ eius esse, † qui id in castris acquisierit, quã quam iure [m] ciuili, omnium, qui in potestate parentum sunt,

† alias id quod in.

c ¶ Iis scilicet castrense uel quasi castrense peculium habentibus, vt sup. tit. proxi. §. fin.

d ¶ Constitutionibus. extrauaganti bus.

e ¶ Quod quidem ius. Scilicet posse testari in castrensibus.

f ¶ Augusti. quam Neruæ &c. quorũ dicta non habemus.

g ¶ Subscriptione. cuius verba non habemus.

* ADDIT. Traianum autem optimum appellat, eo cognomento, quod ei iure optimo a Senatu pupuloq; Romano consensu omnium tributum est, vt Dion. testatur in histo. & Plin. in panægy.

h ¶ Veteranis. Scilicet filii famil. de quibus hic loquitur.

i ¶ Nullis liberis uel fratribus uel perstitibus. Nam liberi defuncti militis & fratres patrem excludebãt, vt C. cõ. de sue. l. fin. hodie soli liberi militis, vt in Auth. de hær. ab inte. ven. in prin. versic. siquis igitur. coll. ix.

ADDIT. Quibus non extantib. succedit vna cũ fratribus vt eo. tit. §. si uero cũ. dummodo castrẽse deferatur tanq̃ hæredi tas, vt j. pxi. Ioan. Fab. & Ang.

K ¶ Iure cõi. Non hæreditario, sed tanquam occupanti peculium profectitiũ uel aduentitiũ, ut ff. de cast. pec. l. ij. hodie uidetur etiã iure hæreditario, ut in Auth. de hære. ab intest. ue. §. si igitur defunctus. coll. ix.

¶ Adde ꝙ idẽ erat de iure C. l. quod scitis. & ibi Bar. C. de bo. quæ lib.]

l ¶ Commune. Sic supra per quas per so. nob. acqui. §. j. SYL.

m ¶ Iure ciuili. Scilicet antiquo, sic supra per quas person. nob. acqui. §. j.

Pecu-

peculia[a] perinde in bonis parentum cõputentur, †ac seruorum peculia in bonis dominorũ† numerãtur, exceptis videlicet ijs, q̃ ex sacris constitutionibus, & præcipue nostris[b] pp diuersas causas non acquiruntur.[c]

¶ Præter hos igitur, qui castrense peculium, uel quasi castrẽse habent, si quis alius filiusfamilias testamẽtũ fecerit, inutile[d] ẽ, licet suę ptãtis factus decesserit.[e]

¶ Impuberis, aut furiosi testamentũ non ualet etiam si pubes, uel sanus decesserit, nisi ante furorẽ, uel eo tempore quo intermissus est, sit factum. h. d.

¶ Præterea † testamentum facere non possunt impuberes:[f] quia nullum eorum animi iudiciũ[g] est.

a ¶ Peculia. Scilicet aduentitia & pfectitia, nam castrensia vel quasi euã iure veteri non acquirebantur patri, vt ff. de collatio. bono. l. prima. §. nec castrense.

b ¶ Nr̃is. Et alienę & nostrę sunt, vt C. de bo. ma. & C. de bo. quæ lib. per totum.

c ¶ Nõ acquiruntur. Scilicet nobis pr̃ibus.

d ¶ Inutile est. Quia quod ab initio non vz, ex tractu tẽporis nõ conualescit, argum ĩ. tit. j. circa princi. (j) Ar. cõtra C. de nup. & si contra. Sol. ibi non ualuit matrimonium ex primo, sed ex nouo post matrimonium consensu.

ADDITIO. (j) Et hoc verum indistincte, si defectus sit in persona hæredis, idẽ si in persona testãtis, vt quia sit intestabilis, secus si oneratus creditoribus seruos instituere nequeat, vt l. ei qui soluẽdo ff. de hære. insti. defectus quoque solennitatis, vt in numero septem testium rogatorum, ex post facto confirmari non potest, nisi in casu. l. j. C. de fideicom. & l. testamento. C. de fideicom. lib. secus si respiciat fauorem priuatum. l. filio preterito. ff. de iniu test. Ang.

e ¶ Decesserit. Non idem de seruo testante, si fideicom. sit relictũ, quia valet, si durat uolũtas, vt ff. de leg. iij. l. j. §. j.

SYL. Adde tamen, ꝙ hanc durationẽ voluntatis oportebit probare p quinque testes, vt per Bar. in d. §. j.

SYL. ¶ Preterea testm̃. Caius. Eodẽ modo figurat̃ vt ĩ §. superiore, qa ex eisdẽ rõnibus decisio constat, & dũ quęritur an superueniente furore testamẽtum irritetur, dubiũ faciebat, qa res deuenerat ad casum a quo ĩcipere nõ poterat, & ideo videbatur nõ valere. Cuius cõtrariũ dr̃ ea rõne, quia inspiciẽdũ est respectu habilitatis psonæ testãtis tempus conditi testamenti, qñ sumus in eo qđ fauore publico ẽ introductũ. No. ꝙ impubes testari nõ põt, & rõnẽ quare. Itẽ ꝙ testm̃ nullũ respectu psonæ testãtis non recõualescit, lʒ persona fiat habilis. Itẽ ꝙ testm̃ recte factũ nõ irritatur per furorem superuenientem. Item ꝙ facilius quid impeditur faciendum, quam factum tollatur, & quod quando furiosus habet dilucida interualla, potest testari.]

f ¶ Impuberes. sed ex quo tetigerũt de vltimo die. xiiij vel xij. anni, satis est fauore testamenti, vt ff. eo. qua ętate. Item in vsucapione, vt ff. de vsucap. l. in vsucapionibus. Secus in præscriptionibus odiosis, vt ff. de actio. & obl. in omnibus. Item secus vbi est fauor eius qui vult prorogare, vt in contractibus a minore factis, vt ff. de mino. l. iij. § minorem.

SYL. ¶ Adde, quod quando quęritur vtrũ dies cœpta habeatur pro completa, concludendum est in fauorabilibus ꝙ sic, in odiosis quod non, in mistis attenditur fauor, ita Ioan. de Pla. & alij hic, & est glo. in l. iij. §. minorem. ff. de mino.]

g ¶ Iudicium est. i. discretio, vt ff. de iudi. cum pretor. §. non autem. Quandoque ponitur pro sententia, vt, rei iudicatę ãdum est, ut C. de re iudi. l. j. Quandoque pro instantia causę trien

† alias ac si.

† alias numerẽtur.

Tẽporis tract⁹ ñ cõualidat inualidum.

† Facit ad istũ § quod dr̃ in c. sicut tenor. iuncta glo. sup ver. mẽtẽ. ex de reg.

nis, vt C. de iudi. l. properandum. pet to. Quandoque pro actione, vt iudiciū familię ercisc vel communi diuidundo, vt infra de offic. iudi. §. si fam. erciscun. & §. fina.

SYL. * ¶ Hanc gl. sequit̃ & commendat Ias. infra de act. in princ. col. j & Dec. ei. in rubri. extra de iudi. col. v.] ADDIT. Qñque pro lite siue controuersia, vt iudiciū pendet sup hæreditate, vt ff. ad Treb. l. j. ij. respon.

* †Etiam ad pias causas, Bart. in l. j. in j. q. C. de sacrosā. eccl.

* †Adhoc vide Deci. in l. ĩ nego- tijs. ff. de reg. iur.

¶ Item † furiosi, [a] quia mente carent. Nec ad rem pertinet, si impubes postea pubes, aut furiosus, postea compos mentis factus fuerit, & decesserit.

¶ † Furiosi [b] aũt, si pid tps fecerint testamentũ, quo furor eorũ intermissus est, iure testati [c] esse uidentur, certe eo, qđ ante furorem fecerint, testō ualente. Nam neque testamẽtum † recte factum, neq; ullum aliud negociũ [d] recte gestum, postea furor interueniens perimit.

¶ Nõ ualet testamẽtũ prodigi factũ post interdictũ, sed prius factum, sic. Ang.

Quandoque pro auctoritate, vt negocia ecclesiastica non sunt disponẽda laicorum iudicio i. auctoritate, ex̃ de iudi. c. decernimus. Quandoq; pro foro, vt causa iurispatronatus definiri dẽr ecclesiastico iudicio. i. foro. c. quãto. extra de iudi. Qñque pro arbitrio. ff. qui satisd. cog. arbitrio. Si. n. arbiter est iudex, ergo arbitrium est iudiciũ. Quandoque pro vltima voluntate, vt iudicium testatoris cassum esse nō debet. C. de sacrosan. eccl. l. j. Qñque pro quæstione, vt ciuilis causa in iudiciũ i. in quęstionem deducta cũ criminali, post criminalẽ est distinguenda. C. de ordi. iudi. l. fi. Qñque pro dicussione siue iuris disquisitione, vt in rub. de iudi. ff. & C. Qñque pro potestate iudicandi. vt ff de iudi. l. iudicium solui tur, vetante eo qui iudicare iusserat. Quandoque pro pernicie siue damnatione, vt ibi, Qui manducat & bibit in-

j. Corinthi. xj. digne corpus & sanguinem Domini, Io. v. iudicium sibi manducat & bibit. Quãdoque pro pęna, vt ibi, Qui bona egerunt, ibunt in vitam ęternam, qui vero mala, in resurrectionem iudicij. i. pęne ęterne. Quandoque pro processu iudiciali, vt c. j. de iudi. lib. vj.

a ¶ Item furiosi. Repete, nō possunt testamentum facere.

b ¶ Furiosi. Hac ratione idem in mẽtecapto dicam, vt arg. ff. de verb. obli. a Tirio, in fi.

SYL. * ¶ Adde quod furiosus, & mentecaptus ita differunt, quod furiosus rabie quadam animi agitatur, mẽtecaptus magis ĩ quietẽ, nullaq; extrinsecus signa ostendit, idemq; est qui & demens, quam uis Alc. lib. Parer. ij. cap. xvj. eos aliter differre censeat.] † alias rite.

c ¶ Testati. vt C. e. furiosum. I princ.

ADDIT. Idem in dubio, si tẽpus testamenti erat remotum a tempore furoris, sed si vicinum, tunc ex qualitate ipsius actus pręsumitur fuisse sanę mẽtis uel nō. Et qualiter probetur furor, uide Ang. hic.

d ¶ Negocium. vt vsucapionem inchoatam vt ff. de vsucap. iusto. § eum. uel possessionem quęsitam vt ff. de ac qui. poss. si is animo. sic. ff. de pecu. l. quam Tubetonis. in princ.

SYL. ¶ Item prodigus. Casus. Non figurabitur in hoc & sequen. §. quia idem poni potest qui in superioribus, cum eadem penitus sit dubitatio quo ad confirmandum testamentum ante vitium factum, Quando enim interdictum est bonis, vel quis surdus aut mutus est a natura, prohibetur testari ex impossibilitate iuris aut facti. Nota, quod prodigus, cui interdicta est suorum bonorum administratio, testari non potest. Item ꝙ hoe interdictum debet fieri per iudicem. Item quod qui audire potest sed cum difficultate, non impeditur testari. Item ꝙ aliqui non loquuntur a natura, aliqui ex accidenti. Item quod hęc vitia muti & surdi non tollunt testamentũ iã factum. Item quod ille proprie dicitur mutus, qui nullo modo pōt loqui, & pro-

& proprie surdus, qui nullo modo po test audire.]

Prodigas qs est, a ¶ Item prodigus. prodigus est, qui neque finem neque modum habet in expensis, vt ff. de curat. fur. l. j.

do datus est simpliciter curator impuberi tanquam puberi, vt l. si tutor peti tus. ff. de tut & cur. da. ab ijs. secus si tanquã prodigo, cũ non sit, vt hic in fi. & est ratio, quia pupillũ declarat natura, sed prodigũ ipse iudex, vel qa curatoris datio facilius. i. solo tractu temporis perdit vires, quia prodigalitas, vbi exigitur certitudo reditus ad sanam mentẽ. Ang.

b ¶ Administratio interdicta est. si dicas a iudice, planũ est, si dicas a lege, vt quia crimen. l. Iuliæ ma. com misit, multo minus testatur sed & tũc prius factũ rũpitur, vt C. ad l. Iuliã ma. l. fin.

SYL. ¶ Adde, quod etiam si notorie sit prodigus, nisi ei sit iterdictũ, poterit testari, alienare, & contrahere, nisi hoc faciat in vsũ manifestę prodigalitatis, & sufficit proclama factum cum cãæ cognitione ita cõiter concludũt doct. in l. is cui ff. de verb. obli.]

¶ Itẽ prodigus,[a] cui bonorum suorum administratio[b] interdicta est, testamentum facere non põt, sed id, quod ante fecerit, quam interdicto bonorum suorũ ei fiat, ratum[c] est.

¶ Mutus & surdus possunt certis casibus condere testamentum, sed nõ semper. hoc dicit primo. Et uitium superueniens post testamentum perfectum, non nocet. Aret.

¶ Itẽ surdus & mutus non semper[d] testamentum facere possunt. Vtique autem de eo[e] surdo loquimur, qui omnino non exaudit, nõ qui tarde exaudit. Nam & mutus is intelligitur, qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur. Sępe enim ẽt literati & eruditi[f] homines uarijs casibus & audiendi & loquendi facultatem amittunt.[g] Vnde nostra constitutio[h] etiam his subuenit, ut certis[i] casibus & modis secundum normam eius possint testari, aliaque facere quę eis permissa sunt.

d ¶ Itẽ sur dus. Non semp. sed quãque possunt secundũ distinctionem sequentem.

e ¶ De eo surdo. sic in fra de inuti. stip. §. mutum.

f ¶ Et eruditi. Scilicet in moribus.

* ADDIT. Vel quod iudex declaret eum esse prodigum, vel det ei curatorem tãquam prodigo, seu aliter notorie prodigus existat.

c ¶ Ratum est. quid si fiat interdictio, cum tamen non sit prodigus? Respond. forte nõ valet interdictio. arg. ff de tuto. & curato. da. ab ijs. l. Seię. (j) Sed contrarium verum est, cum sit facta contra ius litigatoris tantum, nõ contra ius legis. ff. quæ sent. sine appellatio. re. l. prima, in princip. & §. j. & C, quando prouoc. non est necesse. l. secunda. Vide. c. cum inter. extra de re iudic.

Addõ, SYL. ¶ Adde, quod hæc est communis opi. in l. is cui. ff. de ver. obl. & hic.]

ADDIT. (j) Et hoc verum, quan-

* ADDIT. Hic literatos & eruditos dici puto peritos rerũ. cõtraria significatione atque in §. similiter. s. de excu. tu. nescire literas dixit, pro rerũ imperitum esse. Vide Aemil. Ferrer.

g ¶ Amittũt. & maxie ĩpij aduocati. ADDIT. Vt in eo puniantur in quo deliquerũt. c. literas. de tẽp. ord. c. pastoralis de iu. pa. & c. fi. de immu. eccl. cum si. quia per quę quis peccat, per hęc & torquetur.

h ¶ Constitutio. vt C. qui testam. fac. pos. discretis.

i ¶ Certis. vt mutus & surdus casu, vel mutus tm, siue nã, siue casu, si scribere nouit, sua manu scribat testm. Si aũt per aliũ scribere velit, ĩpetret hoc a principe, vt ff. eo. si mutus. Item si surdus tantũ casu est, uel etiã natura, testetur si vult, si põt loq. articulate, vt C. qui

C. qui test. fa. pos. discretis. si aũt natura est surdus & mutus, non põt, nisi sit miles, ut s. tit. j. §. quinimmo.

SYL. ¶ Adde, ꝙ surdus & mutus a natura nõ potest testari, nisi sit miles, uel ad pias cãs, ẽm aliquos, uel ex dispensatione princi pis: si uero ex accidẽti, & sciat scribere & sua manu scribat, ualet te stm̃: surdus autẽ, siue a natura siue ex accidẽti, siue sciat scri bere siue ñ, põt. l. discretis. & ibi per oẽs. C. eo.]

a ¶. Sed si quis, sic supra eo. §. prę terea. & §. furiosi.

missa sunt.

¶ Sed si quis[a] post testm̃ factũ, aduersa ualetudine, aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse cœperit, ratũ nihilominus manet eius testm̃.

¶ Cæcus cũ solenni tate cõi non põt face re testm̃, sed seruãdo quãdam solennitatẽ specialiter ad hoc assignatam. Aret.

¶ Cæcus[b] aũt non põt facere testm̃, nisi per obseruationẽ,[c] quam lex diui Iustini

SYL. ¶ Cęcus. Casus. Figuratur sic. Quę rebatur, an cęcus testari possit iure cõ muni. & videbaẽ dicendum ꝙ sic, q a in eo nullus erat animi defectus, sed tm̃ corporis, cuius contrarium decidi tur, sed adhibetur sua solennitas, vt s. testeẽ per nuncupationẽ, per modum traditum in l. hac cõsultissima. C. eo. Itẽ quęrebaẽ, an captus ab hostib. posset testari. & videbaẽ ꝙ sic, saltẽ eo tedeunte, quasi iure postliminij cẽseaẽ semper fuisse in ciuitate & libertate. cuius contrarium decidit̃, quia cũ tempore conditi testamẽti sit seruus, nõ põt testari, nec remoto impedimẽ to confirmatur, vt dictum est supra in alijs, secus in facto prius, per rationẽ positam in tex. No. summarium.]

b ¶. Cęcus. Naturaliter vel casu, & orbatus viroq; lumine; secus si vno tm̃, vt C. de excu. tut. l. frater.

Testi ꝑ cęcũ faciẽdi solẽnitas. c ¶. Per obseruationẽ s. vt coram septem testibus, & tabellione, vel alio loco eius, si non inuenit̃ tabellio, deu cidius volũtatem suam declaret & in

† heredibus & in legatis, & omnia in scriptis referantur, ut C. eo. hac cõsultissima. † alias heredibus.

d ¶ Patris nostri. alias mei. sic supra de don. §. est & aliud.

pris[d] nr̃i introduxit.

¶ Legatū liberationis ualet, & pōt fieri in ppetuū & ad tp̄s: Et econtra non valet legatum factū a debitore suo creditori, nisi afferat sibi aliquā vtilitatem. Ang.

¶ Si qs debitori suo liberationem legauerit,[a] legatū utile[b] ē, & neq; ab ipso debitore, neq; ab hr̄de eius pōt hr̄s[c] petere,[d] neq; ab alio q hæredis[e] loco sit, s3 & pōt a debitore coueniri, ut liberet[f] eū. Pōt † tēt

a ¶ Legauerit. Quod tribus modis fit. Primus, Peti nolo. vel, Quod debet, relinquo. vel, Actionē remitto, & sic liberandus est legatarius ab oī debito, vt hic, & ff. de lib. leg. si quis rōnes. & l. Aurelio. j. respon.

SYL. ¶ Adde, ꝙ cōiter gl. teneť, ꝙ hoc modo relicta liberatio includat ēt dolū, quod falsum est, & ego alias legēdo latissime reprobaui, & vide Prep. Sen. in vj q. v. casus, vbi latius explicat.]

Scd̄s est, si negocium testatoris gessisset, & testator dixerit, Rōnes reddere nolo. & hic ab oī liberatur, nisi ab eo quod penes eū sit, & ab eo quod dolo fecit, vt ff. de lib. leg. l. Aurelio. §. fi. cū suis concor.

† Tertius si dānauit hr̄dē ne exerceat actiōes, in quo casu, si bonam cām hēt testator, omissa litis euētus & sumptus ab aduersario facti legati videnf, vt ff. de lib. leg. petitor si malam cām, nihil videtur legare, vt in eadem. l. † ff. de lega. j.

† Tenebit tñ pure vel in grosso rones reddere omissa scrupulosa inquisitione, vt l. si seruus vetitus

SYL. ¶ Adde nō esse differentiā inter hūc tertium modum & secundum, vt patet ex ijs q̄ ponit Prep. Sen. in vj. q. v. cā sus, in ij. col. & seq.]

† alias autem.

b ¶ Vtile est. Licet res sua sibi legari videaf, vt ff. de lib. le. l. j. j. tñ. & est hoc verum, nisi testatore uiuo exactio fiat, vt j̄. eo. tit. §. tam aūt. & ff. eo. iij. l. fidei commissa §. si rem.

† Similē glo. hēs in l. Aurelio ff. de libe. leg.

c ¶ Heres. vel heres heredis, vt ff. de lib. leg. l. ij. in fi.

d ¶ Petere. Cū effectu propter exceptionem, vt ff. de lib. leg. l. iiij. alias. iij. §. nunc de effectu.

e ¶ Heredis loco. sicut est bonorum possessor, & fideicommissarius vniuersalis. j̄. de bon. poss. §. quos autem. & de fideicom. hered. §. restituta.

f ¶ Vt liberet. Per acceptilationē, si solus est debitor, si hēt correum sociū, idem, alias correus siue socius pacto est liberatus, vt ff. de libe. leg. l. iiij. alias. iij. §. nunc de effectu. in fi.

SYL. ¶ Adde circa primū casum hoc verū, si liberatio fuit facta ī ppetuū, si vero ad tp̄s, tūc sufficit ꝙ legatari⁹ officio iud. cōsequaf, ꝙ sibi silēnū iponaf vsq; ad illud tp̄s. l. Aurelius. §. cētū. ff. e. Circa scd̄m vero, qñ debitor hēt correum nō sociū. dic, ꝙ rō est, q̄a acceptilatio extingueret obligationē, & cōsequēter ēt corre⁹ liberaref, dictū hoc verū, nisi legatū esset factū cōtēplatione vtriusque, vt per Bar. in d. §. nūc de effectu.]

quis uel ad tēpus[a] iubere ne hæres petat. ¶ Ex contrario, si debitor[b] creditori suo[c] qđ debet legauerit, inutile est legatum, si nihil plus est in legato quam ī debito: q̄a nihil amplius[d] p legatū habet. Quod si ī diē uel sub condōne debitum ei,[e] pure legauerit,[f] utile est legatū pp repræsentationē. Quod si uiuo testōre dies uenerit, vel condō extiterit, Papinianus scripsit utile[g] esse nihilominus legatū, q̄a semel cōstitit:[h] qđ & verū est. Non. n. placuit snīa existimantiū extīctū eē legatū, quia[i] ī eā cām peruenerit a qua īcipere nō pt.[k] ¶ Legatum dotis factum a marito vxori valet, etiā si maritus nullā dotem habuit, dummodo in legato certum exprimatur.

a ¶ Ad tempus. vt ff. de lib. leg. nō solum debitorem nostrum. §. ij.

b ¶ Si debitor. secus si alius, quia interest creditoris plures reos hēre, vt ff. de lib. leg. si quis decedēs. §. fi. alias incipit. Iulianus. alias est. l. iij.

SYL. ¶ Adde hoc verū in vltimis volūtatibus, vbi præcise cogit, secus in cōtractibus, vt declarat Bar. ī d. §. fi.]

c ¶ Creditori suo s. ciuiliter & naturaliter, & cū effectu, & pure, alias vs, vt ff đ le. j l. si creditori. p totā. l. & l. si naūt.

d ¶ Nihil amplius. sed nunqd hodie sp est plus, cū habeat statim rei legatę dñium, & hypothecariā aliarū rerū defuncti? Rñ. non, vt ff de leg. iij. l. lij. §. si rem quia plus tm̄ quatuor modis dicitur vt ī. de actio §. plus autem. Et iste modus non est aliquis de ijs.

SYL. ¶ Adde, q dum primo gl. vult, q pp solā dñij trāslatiorē legatū speciei nō efficiaī vtile, cōis opi. est in cōtrariū. dum vero secūdo loco dicit, q pp cōmodū hypothecę nō valet legatū, cōis opi. est cū gl. contra quā disputādo tenuit Pręp. Sen. q. viij. in quarto casu.]

e ¶ Ei. s. creditori.

f ¶ Legauerit. s. debitor.

g ¶ Vtile esse. ff. de leg. ij debitor. in prin. cōtra, vbi est inutile. Sol. hic corrigit. Vel ibi dicit inutile. i. non vtile cum & aliam habeat actionem, † potest tamen & ista agi, vt hic.

† Ista est vera, quā ēt sequitur Bar. in d. l. debitor.

SYL. ¶ Adde, q Pręp. Sen. in vtj. q. viij casus, reprobat oēs rūsiones aliorū, & ipse ponit duas, primo, q ibi vitiaī legatum, quia erat detētū sub pignore, vñ bene veniēte die nō remanet vtilitas quo ad repsentationē, nec quo ad hypo. secus qñ nō esset pignorata, quę est falsa, quia tex. noster solū cōsiderat repsentationē, non hypo. Icđo, q ibi intelligit esse inutile quo ad cōmodū medijtpis, & q illa verba. Tota. x. debeant ponā tur post verbū, Quod si viuo. añ verbū, Sic & in dote. quę est falsa, q̄a verba vnius orationis nō debent in aliā trāsferri. Mihi alias visū fuit, q d. l. eēt correcta, q̄a l. verbis. ad l. falc. est Pap. & tex. noster approbat opi. Pap. & sic cōcordat, & ex verbis, Nō enim placuit. hic positis, colligitur fuisse q contrarium tenuerunt, inter quos potuit esse Pau.]

* ADDIT Dic secundum Aemyl. Fer. & E. B hic, esse repugnantiā in illis legib. & copositores Pande. hoc nō animaduertisse nam quod hic dr, Nō enim placuit snīa existimantiū, aperte abrogat. d. l. debitor. ff. de le. ij.

h ¶ Constitit i. valuit.

i ¶ Quia Rō illius falsę opinionis.

K ¶ Nō pōt. No arg. pro vtraq; parte ad hanc regulā, vt ff. de ver. obl. existimo & l. pluribus. §. & si placeat. & de ijs q̄ p nō scrip. ha. l. si in metallū. §. item si seruo. & de serui. l. pro parte.

ADDIT. De isto brocardo dic vt p Dy. in reg. factum legitime. de reg. iu. in vj & per Bar. in l. pluribus. §. j. ff. de verb. oblig.

¶ Sed si vxori. Cas. Quærebat an legatū dotis valeret, & videbaī dicēdū q nō, quia cū hēat vxor actionē ad dotē, nec multiplicatio actionū opereē validitatē, nō vr aliquod cōmodū, & tō dēi cēseri vt dictū est. §. proxi. Cuius cōntrariū decidiē pp cōmodū repręsen- SYL.

præsentationis, qa erit plus tpe legatū. §.plus.j.de actio.No. ꝙ legatū dotis factū a uito vxori v3 pp cōmodū repræsentationis. Itē ꝙ legatū sub falsa demonstratione debiti, si nō exprimatur certa quātitas, vel aliter cōstet qd aut quantū leget, nō v3, si legans nullo mō est debitor. Itē ꝙ falsa causa nō vitiat legatum.]

† alias accepe-rit.

a ¶ Plenius est.s. in commodo repræsentationis, cū legatū statim, dos uero annua bima trima die olim, hodie post annum mobilia, sed immobilia statim, vt C. de rei uxo. act.l.j. §. cum aūt.& ff.de do.prǽle.l. j. §. verum est.

Dotis legatum a marito vxori factum valet.

¶ Sed si uxori maritus dotē legauerit, ualet legatū: quia plenius[a] ē legatū, quam de dote actio. Sed si quā nō † accepit dotem [b]legauerit, diui Seuerus & Anton in[9] rescripserūt, si quidē simpliciter legauerit inutile esse legatū; si uero certa pecunia, uel certū corpus, aut instrā [c] dotis int ple gando [d] demōstrata sunt, ualere legatū.

¶ Si res legata facto hæredis etiam ignorantis præstari non pōt, hæres tenetur: secus si non suo facto li.d.Ang.

¶ Si res [e] legata sine facto [f] hæredis

SYL. c Adde, ꝙ hodie hēt annū, ēt si hēat facultatem rei restituēdę statim, quāuis multi uoluerint contrariū, moti, quia annus datur gratia miserationis qa cū maritus in d.§. cū aūt. hēat dilationē ī iutib.q̄ semp suntin facultate mariti, & ea solo verbo potest restituere. pateī ꝙ quāuis hēat facultatē [rei restituendæ statim, oīno hēt aunū pdictū.] Itē pro dote daī actio inquantū maritus facere pōt vel eius hrs, vt ff. so.ma.l.maritum.& l. ēt j.respon.

SYL. ¶ Adde hoc verum in hēde filio cōi, secus in alijs, vt cōiter tenent doct. in d.l. ēt.] At legatū insolidū, nisi in falcidia p beneficiū inuētatij, vt i Auth. de hęr & fal.§.si vero nō fecerit.coll. j.Itē si qua pacta in præiudicium mulieris facta sunt, beneficio legati tolluntur, vt ff. de do. prǽla.l.j. j.respon.

* ADDIT. No. secundum Bal.in l. si nō designata.C.de fal.cau.adie. qđ mulier ob tale legatū non patiī exceptionē cōpēsationis, ob res amotas, vel donatas uxori a uiro, qđ itellige si cōsistūt in spē, secus si in quātitate. Itē nō patieī retētionē pp malos mores, sed nūqd patieī deductionē expēsarū, & an dettahaī faeidia de legato dotis, distingue ut Bal.ibi. H.M.

b ¶ Dotē. illā dotē quā non recipit.

c ¶ Instrā dotis. s. in quib. confessus fuit se recepisse dotē, quā nō recepit. vt ff. de do. prǽleg. l. si. §.si.&l. cum scriptum. §. item ei quę. do.

† alias relegando.

d ¶ In plegādo.l. legādo abundat n.p̄, vt ff. de do.prǽle.l.j. j.respon.

SYL. ¶ Si res legata Casus. Quęsitū fuit an si res legata decedat aut pereat, cui pereat.& videbaī perire hrdi tanquā dño.l.incendiū.C.si cer. peta. sed decidiī cōtrariū ex eo, quia cū sine culpa hrdis res legata pereat, nō est qd illi ī pureī cū nō pstet. Casus ī alijs partibus facile figuraī. No. ꝙ debitor spēi legatę liberaī, si illa intereat, vel fiat insolubilis, & desinat posse pstari sine facto & culpa ipsius. Itē ꝙ debitor spēi legatę nō liberaī, si facto suo mediato vel immediato interuenien te desinat posse pstari, siue sciēter siue ignoranter fecerit. Item ꝙ mota debitoris perpetuat obligationem.]

e ¶ Si res. Puta seruus Stichus.

f ¶ Sine facto. id est mora, quo casu de interitu teneī, (j) vt ff. de verb.obliga.si seruum.j.respon.& de leg.j. cum res §.fina.

SYL. ¶ Rationē vide per gl. in l. diuortio. in gl.iij.ff.de neg gest.] Vel quia sine causa occidit, ut d.l. seruum. Aliud si eum causa, vt ff.de leg.j. l. quid ergo. §. si hęres. tenetur.n. de dolo, & lata culpa, & leui, vt ff. eod.j.l.eum res. §. sed si culpa.& §.culpa.

ADDITIO. (j) De negligentia vero non tenetur debitor actione personali, nisi fuerit in mora, uel peraī res quæ fuit creditoris, uel negligētia sit circa rem seu peremptionem substantiæ rei debitę. Ang.

perierit [a] legatario decedit.[b] Et si seruus alienus legatus, sine facto [c] hrdis manumissus[d] fuerit, nō tenetur hrs. Si uero hæredis seruus legatus sit, & ipse eum manumiserit, teneri[e] ipsū Iulianus scripsit, nec interest [f] sciuerit, s an ignorauerit a se legatū eē. Sed & si alij donauerit[h] seruum,[i] & is, cui donatus est, eum manumiserit, tenetur[k] hæres, quamuis ignorauerit[l] a se eum legatum esse.

¶ Extincta persona primo legata, remanet legatū in accessoria, quando fit per dictionē, cum: secut in rebus. h.d. Aret.

¶ † Si quis ancillas † alias Sed si quis.

a ¶ Perierit. Vel nō compareat, quo casu caueat hęres de dando, si ad eū redierit, & suis sumptibus recuperaṫ, qñ post mortē fugit, alias. i. si in vita, sumptibus legatarij, vt ff. de leg. j. cū res. §. item si res. & de le. ij. si quis seruum.

b ¶ Decedit. quia qui in spē tenet, eius interitu liberaṫ, vt hic, & ff. de ver. obl. l. si ex legati.

c ¶ Sine facto. in hoc quoq; s. alieno seruo pt admitti culpa, puta non certificauit hęres dñm, qui si sciuisset se posse vēdere, nō manumisisset. s. forte cū videret eum velle manumittere, vt ff. eo. j. l. cū res. §. sed si alienus. & §. pe. & fi. Itē si fuerit in mora emēdi, vt ff. de verb. obl. l. si seruū. §. si aūt alien⁹. & die facto. i. culpa vel mora.

d ¶ Manumissus. nam manumissus similis est mortuo, vt ff. de solut. l. si mihi alienum.

e ¶ Teneri. s. ad æstimationem, vt ff. eo. l. si quis inqlinos. §. j. & ff. q & a quibus. h ęres. Sed hic nō dicit tenere manumissionē, sed dicit ꝙ nō minus valeat legatum. s. quo ad ęstimationem. ADDIT. Et valet ēt manumissio, qa dñium serui hęredis non transit in legatarium, vt hic, & d. l. si quis inquilinos. secus in seruo hęreditario ēt sub conditione legato. l. si seruum qui sub conditione. ff. de manumis. Ang.

f ¶ Nec interest. cur secus vbi seruū indebitum sibi solutum qs manumiserit, vt ff. de cond. inde. in summa. §. si seruum. q̄ est cōtra ılo. rñ. quia debuit scire, eum factum suum censeaṫ, vt in Auth. de iureiur. a mo. j. respon.

SYL. ¶ Adde ꝙ hęc ratio nō est generalis, quia sine culpa posset hęres ignotare, si in codicillis postea repertis legatus esset, lege tertia. §. cum transactio. de transact. Iō dic, ꝙ iō est, qa natura cōdictionis indebiti est, vt q̄s teneaṫ tm̄ quatenus est locupletior. l. si nō sortē §. libertus. ff. de condi. indeb. vnde cū nihil lucri sentiat, qui indebitū recipit, non hēt locum, secus in hęrede q̄ sentit cōmodū ex hęreditate, & ita cōiter resoluit in d. l. in summa. & hie p Ang.

g ¶ Sciuerit. s. ipse hæres.

h ¶ Donauerit. s. hęres.

i ¶ Seruū a testatore legatum, & erat hætedis.

K ¶ Tenetur, ad ęstimationem, vt s̄. proxime dixi.

l ¶ Ignorauerit. s. hęres.

¶ Si quis ancillas. Casus. Vertebaṫ dubitatio, an si quis legāsset ancillam cum natis, ea extincta extingueretur legatum etiam partus. & videtur ꝙ sic, quia cū essent cōiuncti per dictionem, cum, tanquam accessorij, extincto principali videbatur accessorium extingui. l. cum principalis. ff. de reg. iur. Sed contrarium decciditur, quia licet in his duobus primis exemplis na ti & vicarij videanṫ nominati per modum accessorij, tamen re vera non est ita, nam prępositio, cum, coniungit accessorie solum illas res, quarū vna alteri accedit, sed quando ponitur inter personas, quarū natura est vt vna alteri non accedat, tunc nō coniungit accessorie, sed sunt duo legata separata, & ex his habes rōnes diuersitatis secundi casus hic positi. No. quod legatum hominis p modum accessorij ad alium hominem principalem nō extinguitur, licet extinguaṫ legatum hominis principalis. Itē quod homo homini non accedit. Item quod accessorium non debet esse maius suo principali. Item ꝙ legatum rei accessorie

SYL.

rie ad hominem principaliter legatū, si exprimatř verbis accessionē importātibus, extinguitur extincto legato hominis. Itē ꝙ dictio, cum, qñ ponitur inter res, quę possunt vna alteri accedere, stat accessorie, alias secus. Itē ꝙ extincto prīcipali extinguitur accessoriū.]

cū suis[a] natis legauerit, ēt si ancillæ mortuæ fuerint partus legato cedunt.[b] Idē[c] ē, & si ordinarij[d] serui cū uicarijs legati fuerint, qa licet mortui sint ordinarij, tamē uicarij legato cedūt. Sed si seruus fuerit cum peculio legatus, mortuo[e] seruo, uel manumisso, uel alienato, peculij legatū extinguitur.[f] Idē ē, si fundus īstruct⁹,[g] uel cum instrō[h] legatus fuerit. Nā fundo alienato[i] & instrī legatum extinguitur.

¶ Grex ēti una oue retinetur, & legato grege ueniunt oues adiunctæ gregi post testm. Idem est in legato ædium. Aret.

a ¶ Suis natis. alias suo nato.

b ¶ Cedūt. quia duo legata sunt separata, vt ff. de pec. le. l. & si ancilla. quæ est l. iij. S3 contra ff. de ventre. insp. l. j. §. ex hoc, vbi dř, ꝙ partus est portio viscerum matris. Rñ. ibi loquitur, donec in uentre est.

c ¶ Idē est. sic. ff. de pec. leg l iij.

d ¶ Ordinarij. Qui sunt hi? Dic vt j. quod cum eo. §. cum autem.

* ADDIT: Ordinarij serui dñr ab ordine, qui domui, aut tabernę aut negotiationi regendę pręsunt, quib. datum est peculium, illorū vero si peculio cōtinebanř alij serui, vicarij appellabantur, qui etiam serui peculiares dicuntur. l. si Sticho. ff. de pec. leg. Martialis, esse sat est seruum, iam nolo vicarius esse Aemyl. Fer.

e ¶ Mortuo. s. viuo testatore, non si post, vt ff. de pec. leg. tunc inutile.

f ¶ Extinguitur. quia accessio est. vt ff. de pec. leg l. j. & ij. Sed quare nō ita in superiori casu? Rñ. pp hominis dignitatem, quia nō ita accedit, vt ff. de ædi. edi. l. iustissime. in prin. † Item qd si vicarij erant tm̄ in peculio, & legatus est cum peculio? Rñ. idem vt exprimere peculium noceat, vt ff. de condi. & demon. si in diem. in fi.

ADDIT. Idē & si alię res erant in peculio eadē rōne. Si vero leget ordinariū cū vicarijs & peculio, obtinet, quasi separet uicarios a peculio, vt l. si peculiū. §. si seruus. ff. de pec. leg.

† Sec⁹ āt esset ī fętu aīaliū brutorū & in ijs q̄ nō veniunt ꝑ modum prīcipalis & accessorij, vt si leget equ⁹ cū asino, qa duo legata censenř. Et hæc ī ducūtur ad qōnē de īgrediente monasteriū vt vitiato ingressu ñ valeat bonorū dedicatio, nisi exꝑsse se & sua dedicasset secundū doc. hic. Paul. ibi nō putat differre hęc lega

g ¶ Instructus. Huic primo articulo contradicit. ff. de fun. instru. si cui. in fi. Sol. secundū Ro. hic simpliciter pp rudes sic loquitur. Vel dic, ꝙ sit idem quod in partu & vicarijs, & quod sequitur, Cum instrumento, referetř ad ꝓximū de peculio. Vel subtilius refert inter instrumentum fundi, quod perit semꝑ perempto legato fundi, & instrm patrisfamilias, quod nō perit, licet legatū fundi peat & hoc casu loquitur lex contraria, & alia cōtraria in eo. tit. l. j. Arg. cōtra. ff. de fun. instru. l. quęsitum. §. si fundus. & §. si instructo. quibus dicitur, si fundus instructus legatus sit, instrumentum patrisfamilias continetur, non agri. sed ibi subaudi, tantum.

¶ Adde, ꝙ hęc solu. tenenda est, quæ fuit Azo alię enim falsę sūt.] Vel dic illam esse Pauli sententiam in l. si cuī. istam Labeonis a Iustiniano probatā, & sic corrigitur illa.

h ¶ Instrumento. Est autē instrumētum apparatus rerum diutius permansurarum, sine quibus non posset exerceri possessio, vt ff. de fundo Instru. q̄situm. j. respon. Et sunt instrumenta fundi, quæ fructus quęrendi, cogēdi, seruandi gratia comparata sunt, vt ff. de fun. instru. l. instrumenta. quæ sunt illa, ibi habes.

i ¶ Alienato. a testatore.

¶ Si grex. Casu. Reuocabatur in dubiū legato gregis facto, ex eo ꝙ grex ad vnam tm̄ vel pauciores oues redactus fuerat, an in remanentibus subsisteret legatum, & videbatur ꝙ non, quia ex quo non erat amplius grex l. oues. ff de abige. & legatus erat grex, videbatur extinctum legatum. cōtrarium respōdeř, quia eo legato legatur

quid

ta inter se, lego fundum cum instro, vel fundum istructū, sed hæc differre dū cū instro & lego fūdū & instrm de quo nihil sustin. hic Idcirco qđ dř in l. si cui ex cæteris poterit eē le SYL. gatū sic explico ꝑ eo qđ ē ex vno ex cęteris puta fundum & istrm lego, nā alienato fūdo nihilominus SVL. debetur instrm. H. M.

quid totale, & ideo singulę eius partes legatæ intelligunt, & iō vna sola ouis debet hic. No. ꝙ si grex legatus ad vnam ouē reducatur, nihilominus debetur. An vero hoc idem sit quādo deficit grex ante mortē testantis, dispuiat laie Prępo. Sen. in j. q. v. casus. Item ꝙ legatum vniuersale recipit augmentum & diminutionē. Itē qd sit grex. Item domus ex qbus constet.]

† alias autem.

quod ex cohęrentibus constat, vt domus, & armarium. Tertium, quod ex distantibus corporibus, vt grex. & populus, vt hic, & ff. de vsucap. rerum mistura. §. j. & ff. de rei vend. in rem. §. at in ijs.

¶ Si[a] grex legatus fuerit, & posteà ad[b] unā ouē peruenerit quod superfuerit uēdicari pōt[c] Grege āt legato,[d] ēt oues eas q̄ post testm̄ factum gregi adiiciuntur, legato cedere Iulianus ait. Est † enim gregis vnū corpus[e] ex distantibus capitibus, sicut ædium vnum corpus ē ex cohærētibus lapidibus.

¶ Aedibus deniq; legatis, cōlūnas & marmora, quæ post testamentum factū † adiecta sunt, legato dicimus cedere.[f]

¶ Augmētum vel diminutio peculij legati uiuo testatore ad legatariū spectat, sed si post mortē ante aditam hæreditatem, cedit legato, si est legatū ipsi seruo, secus si extraneo. Arct.

† Factū abūdat.

a ¶ Si grex. Qui ex decē ouibus constat, vel quatuor vel quque porcis, vt ff. de abigeis. oues,

ADDIT. Tres autem homines constituunt collegium. l. Neratius. ff. de verbo. signifi.

b ¶ Ad vnam ouē. sic. ff. quod cu. vni. l. sicut. §. fi. & ff. eo. tit. j. si grege.

SYL. ¶ Adde tñ, ꝙ grex ad vnam ouem redactus non est grex, & tamen collegium ad unum redactū remanet collegium d. §. fin.]

c ¶ Vendicari potest. ff. quib. mod. vsusfructus amit. l. fi. contra Solu. facilius perditur legatum vsus fructus quā proprietatis, vt argum. ff. eod. titulo. repeti. §. rei mutatione. & ff. eodem. l. si grege. in fi.

SYL. ¶ Adde, ꝙ sol. gl. communiter tenet, licet alias publice disputando cōtrarium tenuerim.]

ADDITIO. Hoc verum est, qñ est relictus vsusfructus, ut gregis, secus si singulorum capitum. Ang.

d ¶ Legato. Sic. ff. eo. l. grege. sic inf. §. proximo

e ¶ Corpus ex distantibus capitib. Tria enim sunt corpora rerum. Vnū, quod vno spiritu, id est elemētatione continetur, vt homo, lapis. Secundum

f ¶ Cedere. Sed colūna vel tignū domus legari pure nō potest, vt ff. de leg. j. l. cætera. ne vrbs deformetur.

SYL. ¶ Si peculium. Casus. Quęstio fuerat, an quod accederet vl' decederet peculio legato pertineret ad legatarium. & videbatur dicendum ꝙ non quasi de eo peculio testator voluerit intelligere qđ erat tēpore testamenti, ar. l. si cognatis. ff. de rebus dub. contrarium respondet, quia cum peculiū sit quid vniuersale, quā uis recipiat augmentum vel diminutionē, tñ est sem pidem Sed tunc quæsitum fuit, quid de eo quod contingit post mortem testatoris, & videbat ꝙ cuicunque legatum sit, cū legatū cedat a morte testatoris, tale augmētū vel diminutio spectaret ad hęredem. sed contrarium decidit in seruo, & rō est, quia quando datur libertas seruo testamento, & sic directa, ita demū ei competit, quando aditur hęreditas, & ideo propter commodum serui nō dicitur cedere nisi tempore aditę. l. hęredem. §. fi. ff. quando di le. ce. No. ꝙ legatum peculij recipit augmentū & diminutionem uiuo testatore. Item ꝙ augmentum peculij legati seruo, cōtingens post mortem ante aditam, cedit lucro serui. Item ꝙ dies legati peculii seruo cedit ab adita. Itē ꝙ augmētū cōtingēs ex rebus peculiarib. post mortem ante aditam spectat ad legatarium, aliter non. Item ꝙ verbum, extra-

extraneus,diuersimode accipitur.]

a ¶ Legatum fuerit. seruo vel extraneo.

b ¶ Peculio. Nam & futurum peculiũ legari põt, vt ff.de pecu.le.l. ei quoque. & facit ad hoc s̃. proxi. §.

¶ Si peculium legatum[a] fuerit, sine dubio quicquid peculio[b] accedit uel decedit uiuo testõre, legatarij lucro uel dãno ẽ. Quod si post mortẽ testõris ante aditam hr̃ditatẽ aliquid seruus acquisierit, Iulianus ait, si quidem ipsi manumissio peculiũ legatũ fuerit, oẽ quod ante aditã hr̃ditatẽ acquisitũ est, legatario[c] cedere:[d] quia[e] hmõi legati dies ab adita hr̃ditate cedit, sed si extraneo peculiũ legatũ fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctũ[f] fuerit.†

¶ Legata libertate non uenit peculiũ, secus si manumittatur, & legato peculio nõ intelligit legatũ quod dominus debet.

c ¶ Legatario. eidemq; manumisso. Accur.

d ¶ Cedere. Nota tria tẽpora: ante mortem testatoris, & post, ante aditam hæreditatẽ, item & post. In primo tpe.s. quo nõ inuenitur cessisse dies, legari, oẽs sunt legatarij pares, nam quicquid eo tempore acquirit seruus talis, ei, cui hoc peculium est legatum, acquirit, siue ipsi seruo, siue alij extraneo sit relictũ, quia non cedunt legata. similiter in tertio scilicet sunt pares. In secundo distinguitur extraneus a seruo, vt hic. Nam quod legatũ cedit extraneo a morte, hoc seruo ab adita hæreditate, quia nec libertas sibi prius debet̃, vt C.de caduc. tollend §.cum igitur. & §.in nouissimo. Nã pura legata vel in diem certa relicta, a morte cedũt, nisi in sex casibus, vbi ab adita hæreditate, vt C.de cadu. tollend. §. cum igitur. & §.in nouissimo.& ff.quando di.leg.ce.l.secunda.† inter quos legatum seruo manumisso relictum est vnus, vt hic. Conditionalia vel in diẽ incertum relicta, ex die vel conditione existente cedunt.i. transmittuntur ad hęredes.

¶ Adde hoc verum in re de sui natura nõ transmissibili, quia tunc transit ab adita, vt in legato seruitutum personalium. l. si post diem. ff. quan. dies lega.ced.& idem in realib.l. receptũ. in fi. ff. cõm. prædio. & in pluribus casibus no.in d. §.in nouissimo.]

† Et hęc vera qñ dies est certa an & qñ, si vero certa an, sʒ incerta qñ, vt in diẽ mortis, tunc si legatarii, hr̃ ꝓ puro si extranei vel hęredis, hr̃ ꝓ cõdõnali, sicut qñ ẽdies penitus incerta: sʒ qñ oĩ no ẽ extitura, vt si sol uel añchristus nascer̃, hr̃ ꝓ puro secundũ Angel. hic.

¶ Nam ante conditionem vel diẽ venientem si decedit legatarius, nõ trãsmittitur, vt C.de cad.tol. §.sinautem. Nisi in tribus casibus. Primus, vt ff.de condi. & demon..condõnes Secũdus ff.eod.j.l. iij. Tertius. ff. qñ di. le.ce. si cum præfinitione. Itẽ verbũ cedere, duas habet significationes.i.incipere deberi. vt ff. de verbo.signifi.l. cedere. Itẽ cedere quantum ad trãsmissionem, vt accipitur C. de caduc. tollen.per totum.& in vtraque potest hic accipi.

† alias fuerit peculiũ.

¶ Adde, ꝙ dr̃ cedere quatuor modis, aut quo ad transmissionẽ, aut quo ad obligationem, aut quo ad petitionẽ, aut quo ad dominij translationẽ, de quo per doct. in l j.C.com.de leg.] SYL.

e ¶ Quia. Bona est rõ, si enim prius cederet, idẽ esset quod in extraneo. Est & alia ratio, vt ff.de pec.leg. l. denique.§.fi. vbi dr̃, ꝙ verisimile est cũ omne augumentum ad ipsum pertinere voluisse, cui &c.

f ¶ Auctum fuerit.s.peculium.

¶ Peculium autem. Casus. Dubitabatur an legata libertate deberet̃ peculium. & videbatur quod sic, quia seruo manumisso, si non ad.mitur, remanet peculium, & ualet argumentum de actu inter viuos ad vltimas voluntates, sed cõtrariũ respondetur, & ratio ponitur in glo. in ver. quãuis. No. quod argumentum de contractibus ad vltimas voluntates. nõ valet, vbi est diuersa ratio. Itẽ & manumissio inter viuos tribuit peculium, secus in vltima voluntate. Item quod in legato peculij seruo facto in dubio nõ con- SYL.

continentur debita a domino ipsi seruo ratione peculij. Itẽ ꝙ si legata est libertas seruo, si rõnes reddiderit, censetur legatum peculium.]

a ¶ Peculiũ. Sic. C. de pecu. eius qui lib. me. l. j.

b ¶ Quamuis. Cur tam uarie? Rñ. quia secũdo casu. s. qñ inter uiuos, opas eius manumissor erat habiturus: unde cõuersa donatio pręsumit secundũ Io. ut ff. man. si uero non. §: idem Papin. (i) uel secundum P. ꝓpter præoccupationem mortis, quia præsumitur auferre, si potuisset, ut in Auth. de trien. & se. §. illud quoque. ibi, Præ tumultu mortis angustiatus &c. & C. qui testa. fac. pos. hac consultissima. §. j.

SYL. * ¶ Istam. q late examinat Præpo. Senen. vj q. viij.

ADDIT. (i) Istam rationem reputat inefficacẽ Io. Fab. hic, cum p manumissum debeãt operę exhiberi filio nec nisi ex cõuentione debeantur. l. j. C. de oper. lib. & l. si operarũ iudicio. ff. eo. vnde dicit ipse, ꝙ inter viuos est maior affectio domini, quia se priuat dominio serui & eius seruitio, qđ retinere poterat, non sic vbi moriẽs dat quod sibi retinere non potest. Alias rõnes vide per Ang. hic.

c ¶ Peculio legato s. seruo, & etiam libertas fuit legata, aliud si extraneo, vt ff. de pecu leg. l. vj. §. fi. & lege si Sticho. Accursius.

d ¶ Petitionem. Nisi testator fuerit huius consuetudinis, vt redderet seruo quę sibi debebat, vt ff. de pec. l. dominus Sticho. §. j. in fi.

e ¶ Cum rationibus. Quasi diceret, si relinquo seruo libertatem rationib. ab eo redditis, eo ipso & peculium legare sibi videor.

¶ Peculium[a] autẽ, nisi legatum fuerit, manumisso non debetur: quamuis[b] si uiuus manumiserit, sufficit si non adimatur & ita diui Seuerus & Antoninus rescripserunt. Iidem rescripserunt, peculio[c] legato non uideri id relictũ, ut petitionẽ[d] hẽat pecuniæ, quã in rõnes dominicas impẽderit. Iidem rescripserũt, peculiũ uideri legatũ, cum rõnibus[e] redditis liber esse iussus ẽ, & ex eo reliqua[f] inferre.[g]

¶ Iura & facta legari possunt. h. d.

¶ Tam aũt corporales res legari possũt, quã incorporales:[h] & iō quod defuncto

SYL. ¶ Adde, ꝙ hanc glo. disputatiue reprobat Pręposi. Sen. in. viij. q. vj. casus, col. fina.]

¶ Aliud econtra, si libertatem relinquo, & rationes reddere neto: qa non uidetur legatum peculiũ ut ff. de le. j. si seruus uetitus. Rationes aũt reddere dicit, qñ amoto dolo & fraude reddit, ut ff. de fideic. lib. l. Thais. §. Stichus. ADDIT. Et sic nota, qđ remissio redditionis rõnum non comprehendit reliqua, nec dolũ, seu latam culpam, sed scrupulosam tantũ inquisitionem, quod facit ad quęstionem de eo, cui cõcessum est liberum arbitrium, ita ꝙ non possit syndicari, secundum Ang. hic.

f ¶ Reliqua. alias reliquas. i. alia, q̃ erant reddenda, reddere, cum iã quędam reddiderat, uel etiam si nihil, vt ff. de verb. sig. l. cęterorum.

g ¶ Inferre. Repete, iussus est.

* ADDIT. Omissis nugis multorũ vera rõ colligit ex l. denique. §. interdum. ff. de pec. leg. ibi testatorem voluisse eum retinere peculiũ interpretamur videlicet ex eo quod ex peculio eum iusserat inferre. H. M.

SYL. ¶ Tã. Casus. In regula tradita ĩ tex. nostro nõ figuratur. No. ꝙ omnia tam corporalia q̃ incorporalia legari possunt. Item ꝙ edictũ de legatis est per missorium. Itẽ ꝙ qui legat quod sibi debetur, censetur legare ius quod habet. Item ꝙ si quis legat nomen debitoris. & postea exigat, censetur reuocare legatum. Item ꝙ hęres põt grauari ad aliquid faciendum in fauorem legatarij. Item quod liberatio a debito alieno valet.]

h ¶ Tam autem Incorporales. Idest actiones & seruitutes, vt supra de reb. corpo.

corpo. & incorpo. & ff. de leg. j. l. j. & l. cętera. in princ.

a ¶ Pręstet. Sine cessione tamen uti les habet legatarius, vt C. eo. l. ex lega to. Accursius.

ADDIT. Nisi res sit litigiosa, uel lis capta. l. quicunq;. & au then. nunc si hęres. C. de litig. secundũ Ang. Et nota ꝙ quãuis directã personalẽ exercere nõ possit, nisi ceda tur, poterit tñ exercere directam realem quę, qa non ossibus affixa est träsfertur in eũ directa via. l. siue §. fi. cum l. seq. ff. de cond. fur. Ang.

debetur, põt alicui legari, ut actiones suas hæres legatario præstet,[a] nisi exegerit[b] uiuus testator pecuniã: nã hoc casu legatum extinguitur.

¶ Sed & tale legatũ ualet, Damnas esto hæres meus domũ illius reficere, uel illũ ære[c] alieno liberare.

¶ Legati in genere in dubio electio est legatarii.

¶ Si generaliter† seruus, uel res alia[d] legetur, electio[e] legatarii est, nisi aliud testator dixerit.

b ¶ Nisi exegerit. Nam si exegerit, semper in dubio pręsumo voluisse legatum extingui, vt ff. de adimend. lega. l. pe. §. fi. & de lib. le. non solũ. §. liberatio. nisi probetur contrarium, vel quia debitor vltro obtulit eo non petente, vel quia exactam pro legatario deposuit, vt ff. de leg. iij. l. fideicõmissa. §. si rem.

c ¶ Aere alieno liberare. Nã vtilitatem habet.

SYL. ¶ Si generaliter. Casus. Per se patet. rõ aũt dubitandi colligitur ex l. cõprehensum. ff. de contrahen. empt. qa in dubio electio debitoris uidetur: contrarium deciditur: rationes sunt in gl. colligitur. n diuersitas ex distinctione ipsius. No summarium.

d ¶ Res alia. vt equus.

e ¶ Electio legatarij. Et a principio & ex postfacto. scdm B. vt hic, & ff. de leg. j. si seruus legatus. §. cum hõ. Sed Ro. a principio dabat electionẽ hrdi, sed ex cõtumacia träsferebat in legatariũ, arg. ff. de fer. si cui. & C. de solu. l. j Ioan. distinguit: aut in genere generalissimo, u l sub alterno, vt si substãtia, uel corpus, vel animal legaẽ, quo casu nõ valet, cũ festucam uel muscã dãdo liberetur, vel in eo genere, qđ

Legatũ generis an ualeat.

Dialectici speciem appellant, ut hõ & similia, & tunc subdistingue: aut habebat in hęreditate seruos, & tunc legatarius eligit, dũmodo nõ meliorẽ, (j) vt hic, & ff. eo. j. l. legato. j. rñ. & l. q duos. & de opt. le. l. ij.

¶ Adde, qđ rõ est, qa ex quo cõpetit rei vendicatio ad unum ex illis. l. huiusmodi. §. si cui homo. ff. de le. j. si nõ haberet electionẽ, ñ posset ea agere. SYL.

† Conc. cũ. §. c. iter cęteras cũ glo. super verb.

¶ Aut non habebat, & tũc hrs eligit, ut ff. de uino tri & oleo le. l. iij. j. respon. & l. iiij.

SyL. quodcũque extra de rescrip.

¶ Adde, ꝙ iõ est, qa ex quo censetur legata res aliena, non uidetur electio legatarij. l. ij. ff. de opt. leg.)

¶ Si aũt testator ex certis reliquit incertum: aut ipse sensit de certo, quod patet expresso noĩe eius, & tũc eligit hęres, & eius uoluntatem interpťaẽ, aut non sensit, & tunc legatarius eligit, vt ff. de le j. l. si quis filio. §. si quis plures. & l. qui duos.

¶ Adde ꝙ eo casu secundum cõem opin. hęres põt dare deteriorem, qa dicunt hanc esse declarationem voluntatis, q̃ de minimo intelligitur.) SyL.

¶ In domo aũt in genere legata, si habet testator domus, unã ex iis eligit hęres, si nõ habet & relinquit, derisorium est legatum, vt ff eo. si domus. In fundo in genere legato dic nõ ualeẽ legatum, cum unius digiti possit fieri fundus, vt ff de iur e do. cum post. §. gener. & ff. eo. j. l. quod in rerum. §. si quis & l. locus ff. de uerb. sign.

¶ Adde, ꝙ uideatur eadẽ distinctio facienda, ꝙ aut habet fundos: & unũ ex eis legasse intelligitur, & ita intelligitur §. gener. aut nõ, & procedat glo. nam ratio assignata non releuat, si ꝑ sumimus testatorem de uno suorum sensisse: non enim poterit hęres dimi uuere mentem testantis.)

ADDIT. (j) Quia nõ est verisimile. testato-

testatorē uoluisse id legare, ꝙ nō fuisset in spē concessurus: sed vbi electio est hrdis uel debitoris, poterit dari vilius: dū tñ nō sit oīno inuiile, quia potuit testator vl creditor cogitare ꝙ daret minus. Ioan. Fab.

¶ Hæres legatarii optionis optare pōt: & pluribus in optione discordantibus, sorte dirimitur. h. d.

¶ Optionis legatū, id est ubi testator ex seruis suis uel aliis rebus optare legatariū iusserat, habebat olim in se condōnē:[a] & iō [b] nisi ipse legatarius uiuus optasset ad hæredē lagatum non transmittebat. Sed ex constitōe [c] nostra & hoc in meliorē statū reformatum est: & data est licētia hæredi legatarij optare seruū, lȝ uiuus legatarius hoc nō fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra [d] constōne additū est, vt si ue plures legatarij extiterint, quibus et optio relicta ē & dissentiant in corpore eligendo: siue unius legatarij plures hęredes sint, & inter se circa optādū dissentiāt, alio aliud corpus eligere [e] cupiēte: ne pereat legatum (quod pleriq; prudentū contra beneuolentiā [f] introducebāt) fortunā eē huius optionis iudicē, & sorte [g] hoc esse dirimendum: ut ad quē sors peruenerit, illius snia [h] in optione præcellat.

¶ Illi possunt ex titulo legati cape, qui possunt hæredes institui. Ang.

SyL. ¶ Optionis legatū. Casus. Sic figurari potest. Quęrebatur an hrs illius, cui optio relicta fuerat, posset optare: & uidebatur ꝙ nō, qa cū tale legatum hēat in se tacitā cōditionē, nō vr ꝙ trāsmitti possit: cuius cōtrariū hodie dcidit, quāuis enim d rigore hoc esset de iure antiquo, placuit tñ Impe. hoc corrigere, vt plenius uoluntares defunctorū implerentur a quo ēi cautum est, ut pluribus discordātib. sors ipsa sit arbitra. No. ꝙ legatū serui vel alterius rei, quam legatarius optauerit, erat condōnale. Itē ꝙ legatum condōnale non transmittitur. Itē qd dissensio plurium sorte dirimitur.)

a Optionis legatum. Conditionem s. si eligeret.

* ADD Solutio clare decidēs hāc dubitationē hęc est, quod in spē verū est quod dr in tex. in quātitate vero secus quamur locū certum. ff. de tritio vino ol. vt genere legato arbitriū sit hęredis qm quātitas determinata certitudinē facit uini, olei ue, quod in specie nō euenit: genere enim legato, icerta sunt omnia prętor substantiam rei.

b ¶ Et iō Bona ratio, ut C. de cad. toll. §. finautem. ¶ Adde, ꝙ quāuis doc. hic reprēdāt gl. decipiūtur: nam bene tacita, quę inerat, si exprimaē, non vitiat quo ad transmissionē. tñ nō sequit ꝙ nō sint aliqua legata, q̄ habeant tacitā condōnē q̄ subaudiat a l. q̄ ipediat trāsmissionē vt dicimus ī legato ā nuo l. ī singulos deannu. le.)

c ¶ Ex cōstōne. Quę est C. cō. de le. l. fi. ī prin.

d ¶ In nra constōne. s. prędicta.

e ¶ Eligere cupiente. Et alio aliū subaudi.

f ¶ Contra bñuolentiā. i. contra ęquitatē. s. ꝙ perirent. i. de iure stricto perire deberent, ut ff. eo. j. l. huiusmodi §. fi.

g ¶ Et sorte. Vel cū taxillis, vel alio mō. sic ff. de iud. in trib. & l. seq † Sed quare iudex nō cōpellit eos ad cōsentiendū, vt ff eo. hmōi. in fi ? Rñ. immo hoc mō cōpellit: uel ibi cōpellit in actiōe eligēda, q̄ daē a iure, hic aūt nō cōpellit in eo, quod datur a testatore.

h ¶ Sententia. Vt tñ cęteris ęstimatioem pręstet suarum partium, vt C. com. de leg. l. fi. in princ.

¶ Legari autem. Casus. Nō figurat nisi literaliter in tā generali regula. No. duas regulas, unam affirmatiuā, quod qui testari potest, ille potest legare:

† Et hoc verum qn dubiū exprimit sup iure, nec a l. decidit, & discordāt in piudiciū sui, alias si ad piudicium tertii, iudex compellit ad concordiā aliqn pcise, & aliqn cautatiue, dubium aūt sup fcā pbatione dirimit ut SYL. l. actio. C. de pba. An.

¶ Legari autem illis solum [a] potest, cum quibus testamenti [b] factio est.

¶ Incertæ personæ legari, libertas dari aut tutela non poterat, nisi esset incerta de certis: ea tamē soluta non repetebantur. h.d.

¶ Incertis uero personis, neque legata, neque fideicommissa olim relinqui concessum [c] erat. Nā [d] nec miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, ut diuus Adrianus rescripsit. Incerta autem persona uidebatur, quā incerta opinione testator animo suo subiiciebat: ueluti si quis ita dicat, Quicunque filio meo filiam suā in matrimonium dederit, ei hæres meus illum, fundum dato. Illud quoque, quod ijs relinquebatur, qui post testamentū scriptum primi Consules designati [e] essent, æque incertæ ꝑsonæ legari uidebatur. Et denique multæ aliæ huiusmodi species sunt.

gare: alteram negatiuam, ꝙ qui non potest testari, non potest legare, & qđ dicitur in summario.)

a ¶ Solum. Et econtra, id est solus legat, vt ff. deleg. j. l. ij.

b ¶ Testamēti factio. In passiua significatiōe accipe, ut s̄. de hęre. qualit. & diff. §. testamenti. Sed qui sunt isti, qui non habent testamēti factionem? Rñ. incerta persona, ut infra proxi. §. Itē peregrinus siue deportatus, ut C. de hęred. insti. l. j.

SyL. ¶ Adde, qđ rō est, quia hæreditas, siue ex testamento siue ab intestato deferatur est de iure ciuili. l. lege obuenire. ff. de uerbo. signifi. & deportatus, licet naturaliter uiuat, tamen ꝑdit ea quę sunt iuris ciuilis. l. j. §. pe. ff. de contratabul.)

¶ Item in metallū dānatus, ut ff de iis q̄ pro non scrip. ha. l. si in metallū.

SyL. ¶ Rōnē assignat ibi tex. quia efficit seruus pœnæ, non Cæsaris.)

¶ Itē seruus de adulterio cū dña cōmisso accusatus, ut s̄. de hær. inst. §. ij. Itē collegium, nisi probet licitum, ut C. de hęr. inst. l. collegium. Item incestuosi, ut in Auth. q. mo. na. effi. sui. §. vlt. col. vij. Itē heretici maioris hr̄sis, vt C. de hęr. l. Manicheos. Item apostatę, vt C. de apost. ij. qui sanctam. Item mulier nubens. ī. annum a tpe mortis mariti, ut in Auth de nupt. §. soluto. ver. si qui vero prioribus.

SyL. ¶ Adde, ꝙ hodie hoc est correctum c. fi. de secun. nup.

¶ Incertis. Casus. Nō figurat, quia ius antiquū corrigit. No. ꝙ legatum incertę ꝑsonę nō ualebat de iure antiquo ēt in milite. Itē ꝙ incerta ꝑsona ea dr̄, quę incerta est testatori, licet alijs ex post possit fieri certa. Item qđ hoc erat ēt in libertate. Itē qđ rō fundatur aliqñ ī sola uoluntate. Itē qđ incertę de certis & olim & hodie recte legatur. Item ꝙ licet quis metu pœnæ nō possit cogi ad matrimonium cōtrahendum pōt tñ inuitari spe lucri. Item ꝙ licet hr̄s ciuiliter olim non teneret ex legato facto incertę personę, tamen obligabatur naturaliter, & ideo non dabatur repetitio soluti.)

c ¶ Cōcessum erat. Hodie cōtra ēt ante legē gręcam inferiorem in pauperibus, ut C. de epis. & cle. l. id quod. ADDITIO. Tu dic, ꝙ aut īcertitudo est in ꝑsona legātis: & ualet legatū, quia hr̄di onus iniunctum intelligit, aut in ꝑsona legatarii, & tūc aut certificāda ex futuro euentu, aut nō, primo casu ualet, ēt si erat incerta de incertis, ut l. siquis ita scripserit. ff. de re. dub. Secundo casu ualet, si per l. certificatur, ut l. id quod. C. de epis. & cle. sed de hoc vide Ang.

d ¶ Nam nec miles. Cuius. s. militis uoluntas seruatur pro lege alias, ut C. de test. mili. l. j.

e ¶ Designati essent. In calendis Ianuarii sortiebātur. i. incipiebāt honores administrare, & ante per tres mē ses

ses designabant, vt ff. de cond. & de mon. l. Publius. & C. de ma. mun. l. j.

a ¶ Libertas. Posse dari, vt si dicatur ita illũ liberũ esse volo, qui Capitoliũ primo ascẽderit, uel simile fecerit, ut s. ꝓximo. §. in certis. Vel Stichum liberũ esse uolo. cũ habeat duos Stichos vt ff. de manu. test. cum ex pluribus.

b ¶ Seruos liberari.

ADDIT. Aduerte, qđ in aliquibus libris sequit illa clausula Tutor quoque incertę personę dari non põt. quã nõ inuenies in emendatis códicibus, & si ea quę sequũtur in tex. & glo. diligenter perspexeris, profecto eam prorsus superuacuam iudicabis.

c ¶ Sub certa. Sic ff. de leg. pręst. l. iij. §. hoc amplius. sic. ff. de lega. j. l. si seruus legatus. §. huiusmodi. sic ff. de rebus dub. l. quidam. sic. ff. eodem. j. l. legato. §. j.

d ¶ Incertis. Repeti nõ posse quasi naturale debitũ, vt ff. de condi. inde. Iulianus. in fi. & l. frater a fratre. & l. si id quod dominus. in fi.

* ADDITIO. Multa sunt enim q̃ peti non possunt, si tamen errore facti soluantur, repeti non possunt. l. lege Iulia. ff. de condi. indeb.

SYL. ¶ Posthumo quoque. Casus. Similiter nõ figuratur, cum ponatur correctio iuris antiq, de quo iure quare nõ posset institui posthumus, sũme laborant doc. in l. Gallus. in princip. ff de liberis & posthum. solum loco casus aduertẽdũ puto ad uersi. posthumus autem alienus, quia quicquid dicant doctor. sensus illius est, quod ille posthumus alienus institui non põt, qui in utero eius est, quę de iure vxor eẽ nõ põt, nõ testantis, sed illius ex quo nõ cõcepit: & ratio est, quia quamuis possit filio incestuose uel spurio aliter, rius relinqui l. j. C. de na. lib. hoc verũ

¶ Libertas quoque incertæ personæ nõ uidebatur posse[a] dari, quia placebat noĩatim seruos[b] liberari. ¶ Sub certa[c] uero demonstratione. i. ex certis ꝑsonis incertæ ꝑsonę recte legabatur: ueluti, Ex cognatis meis, q nũc sunt, si quis filiam meã uxorem duxerit ei hæ res me[9] illã rẽ dato. ¶ Incertis aũt personis legata uel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti[d] non posse, sacris cõstitutionibus cautum erat.

¶ Hodie posthumo alieno relinqui põt, nisi in utero eius sit, quæ iure uxor esse non potest: tutor autem incertus nec hodie datur. h. d.

¶ Posthumo quoq; alieno inutiliter antea legabatur. [e] Est ãt alienus posthumus

qñ iam natus est, sed qñ est adhuc in utero, qa necessario instituens mouet contemplatione parentum, censetur consequi a patre l. sed si plures. §. in arrogato ff. de vulg & pup. vbi Are. vnde sicut non potest consequi a patre, ita nec ab alio mediante patre & intuitu ipsius: & ita alias dicebam disputãdo, quamuis inuenerim quosdã mod. postea idem sensisse. No. qꝺ olim posthumo alieno legari nõ poterat. Item qui dicatur posthumus alienus. Item qꝺ hodie incerta persona potest heres institui, & ei legari. Item quod illud euidenter apparere dicitur, qđ constat ex lectura alicuius rei. Item qꝺ tutor incertus nec antiquo nec nouo iure dari potest. Item quod posthumus alienus de iure prętorio olim institui poterat.)

e ¶ Legabatur. Sed nec instituebaẽ iure ciuili. vt ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. ille casus.

¶ Adde, qꝺ de iure ciuili antiquissimo. l. xij. tab. solũ institui poterat posthumus futurus suus tempore testamenti, vt hic. Fuit postea tẽpus C. Aquilii, quo concessum est institui posse posthumum futurũ suum tempore mortis. Secuũ est tempus primi capitis. l. Vell. quo inductum est institui posse illum, qui testamenti tempore erat alienus, tempore mortis erat futurus suus. Quartum tempus fuit Iul. Iurecon.

* † Posthumus alienus quot modis dicaẽ, declarat Alc. lib. iij. Parad. c. ij. & libro ix. Parer. c. j. quę uideas ꝓ int̃ lligẽtia istius. §.

SYL.

q natus, inter suos [a] hæres† testatoris futurus [b] non est. Ideoq; ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat posthumus auo.

¶ Sed nec [c] huiusmodi spes penitus est sine iusta emẽdatione relicta, cũ in nostro Codice constitutio [d] posita sit, per quã & huic [e] patrimẽ demur nõ solũ in hæreditatib. sed etiam in legatis & fideicommissis: quod euidẽter ex ipsius constitutionis lectione clarescit.

¶ Tutor aũt nec per nostram [f] constitutionẽ incertus [g] dari debet, qa certo iudicio debet pro tutela quis suę posteritati [h] cauere.

¶ Posthumus aũt alienus† hæres institui & antea poterat, & nũc potest nisi in utero eius sit, quæ iure nostro [k] uxor esse non põt. [l]

¶ Error nominis, prænominis, agnominis, cognominis, non uitiat, si de corpore constat. Aret.

¶ † Si quidem [m] in noĩe, [n] cognomine, prænoĩe, agnomine legatarij testator errauerit,† cum de persona constat, nihilomi

Iurecon. quo conceditur institui illũ, q tpe testamẽti est alienus, & nascitur nõ suus. sed ex post facto esset suus, succedendo in locum precedentis. Quintũ tempus est iuris pretorij, quo alienus poterat institui, & habebat bon poss. Vltimũ ipse est constitutionum, quo indistincte pt institui etiã non futurus suus.]

a ¶ Suos. s. quondã ante emãcipationẽ, vt sequitur.

* ADDIT. Et sic distingue, qui natus, nõ ẽ futurus hæres inter suos.

b ¶ Futurus. s. hæres.

c ¶ Sed nec q. d. nõ solũ in posthumo. sed oĩa supradicta ab illo. §. incertis. correcta sunt, vt arg. ff. eo. iij. l. hoc legatum. j responsum. & l. ea tamen.

d ¶ Constitutionẽ. quam non habemus.

e ¶ Huic s. posthumo.

f ¶ Tutor aut Per nostrã cõstitutionem s. supradictã cõstitutionem grecam, nec veteri iure, vt ff. de test. tu. tutor incertus.

g ¶ Incertus. vt si ita dixit, Illum tutorem do, qui prius de Tuscia venerit. nec incertę personæ datur, vt ff. de testa. tu. l. tutor ita.

ADDIT. Et est rõ secundum Io. Fab. quia quis postea certificetur, tñ poterit venire talis ribaldus, q pupillo prouisum non erit, contra id, quod iura intendunt, incertę tñ personę post certificandę testamentarius dari potest, non datiuus, vt hic per eum.

h Posteritati. i. filijs.

i ¶ Posthumus. Poterat. s. de iure pretorio, non ciuili, vt infra de bõ. poss. j. respon. contra & ff. de lib. & posthu. l. Gallus. § ille. Accur.

ADDITIO. Sol. ibi loquitur in posthumo alieno tpe testamenti nato nõ suo, qui postea succedẽdo in locum primi suus efficitur, hic vero etiam in eo qui nunquã efficitur suus. Ang.

K ¶ Nostro. i. Romano.

* l ¶ Nõ potest. Sed quę est illa, quę vxor esse nõ potest? Rñ. multæ sunt illę, quę vxores esse nõ possũt, vt supra de nupt. diximus. §. si aduersus. C. de incest. nup. l. iiij.

¶ Si quidẽ in nomine. Casus. Quærebatur, an error nominis vitiaret. rõ dubitationis esse poterat incertitudo, cuius cõtrariũ deciditur rõne assignata in tex. No. q error nominis legatarij vel hæredis, si de corpore cõstet, nõ vitiat. Itẽ ibi, seruatur, & recte, q nõ sufficit aliqd esse consuetum, nisi sit bonum. Item q nomina sunt imposita ad dignoscendũ homines. Item q non curamus de modo, dummodo sequatur effectus.]

m ¶ Si quidem. sic C. de testam. l. si in nomine.

n ¶ In nomine. Nomen est genus, sed ponitur hic pro specie sui, ut Albertus, quod dr̃ propriũ personę nomen. Cognomẽ, quasi cõi cognationis nomẽ, vt Asinellus. Prænomen est qd̃ cã differentię ponitur, ut si sint duo Tullij, & uni superaddatur Marcus, & dicatur Marcus Tullius, nam Marcus est

† alias tostõris.

† In hũc locũ vide Alc. lib. ix. Parer. c. j.

† alias si quis.

SYL. † alias si de.

Nomẽ, cognomen, prænomen, & agnomen differunt.

prænomen. Agnomen eſt quod im po niẽ ab euentu, vt Africanus, qui vicit Africam: Alemanicus, & Gotthichus, vt ſupra in rub. procem. huius libri.

SYL. * ❡ Hęc explicat plene Alc. lib. iij. Diſpū. c. j.]

Item ꝙ relatiuū, quis vel qui, adiectū pręterito tp̄i facit demonſtrationē.]

e ❡ Vernam. Verna eſt ſeruus ex ancilla teſtatoris natus. — Verna qd ſit.

f ❡ Emptus. idem & ſi nō emit, vt argu. ff de vſu ca. nunq̃. §. fin. ſecus in venditione, vt ff. de contrah. emp. ſi quis fundū.

SYL. ❡ Adde, ꝙ reſolutio eſſe ſolet, ꝙ aliud eſt in cōtractibus procedentibus ex mera liberalitate, in quibus ꝓcedit hic tex. aliud in vltro citroq; obligatorijs, ĩ qb. ꝓcedit contrarium.

nus valet legatum. [a] Ideq; ĩ hęredib. [b] ſeruat, & recte. Noīa. n. † ſignificādorū hominū gratia reptaſunt, qui ſi alio quolibet modo intelligant, [c] nihil intereſt. [d]

¶ Falſa demonſtratio nō vitiat legatū.

❡ Huic proxima eſt illa iuris regula, falſa demōſtratione † legatum non perimi, veluti ſi quis ita legauerit, Stichum ſeruum meū vernam [e] do lego. Licet. n. non uerna, ſed emptus ſit, ſi tamen de ſeruo conſtat, utile eſt legatum. Et conuenienter, ſi ita demonſtrauerit, Stichum ſeruū quē a Seio emi. ſitq; ab alio emptus, [f] vtile eſt legatum, ſi de ſeruo conſtat.

¶ Falſa cā non vitiat legatū, niſi per modū condōnis fuerit prolata. h d. Aret.

❡ Longe magis [g] legato falſa cauſa adie-

* ADDIT. Hac de re late hic Aem. Ferr. cum tñ Theophilus vocem agnomen non habeat, eā abūdare facile arbitror, de quo vide Anton. Auguſt. li. iij. c. viij.

† alias ſignandorum.

a ❡ Valet legatū. ſic ff. ſi cer. pe. l. certū. & C. eod. l. ſi Fortidianum.

† Concord. c. quia circa. cum gl. ſuper verbo, falſa cā. extra de conſan. & affin.

b ❡ In hr̄dib. ſ. ſi erret ĩ corū noīe.

c ❡ Intelligant. ſ. a teſtōre, & hoc in proprijs. In appellatiuis diſtingue ſecūdū Io. an parū erret, vt ſi libros mēbranas appellet, quo caſu valet, maxime cū fuerit cōſuetus ſic appellare, vt ff de le iij. librorū. §. quod tñ Caſſius. an multū erret, & tūc cōtra, vt ff. e. ti. l. iiij. & de ſup. le. l. Labeo. ĩ medio leg.

SYL. ❡ Adde, ꝙ vera rō drĩę ē in l. quoties in ſi. prin. de hęr. inſti. & dic, ꝙ data paritate terminorū non eſt drĩa, quia in proprio, ſi conſtat de corpore, v3, alias ſecus, idem eſt in appellatiuo, gl. cōiter approbata in d. l. iiij.]

d ❡ Nihil intereſt. vnde liber hō ſibi nomē mutare p̄t, licet ſeruus nō poſſit, vt C. de mu. no. l. j. & ff. đ fal. l. falſi.

quibus ab Augusto[a] petijt per fideicommissũ, vt faceret aliquid. Et cũ diuus Augustus voluntatẽ ei⁹ implesset, deinceps reliqui ei⁹ [b]auctoritatem secuti, fideicõmissa pstabãt: & filia Lẽtuli, legata, q̃ iure nõ debebat, [c] soluit. Dicitur autẽ August⁹ cõuocasse sapiẽtes viros, † īter quos Trebatiũ quoq;, cui⁹ tunc auctoritas maxima erat: & q̃sisse an posset recipi hoc, nec absonũ a iuris rõne codicillorũ vs⁹ esset: & Trebatiũ suasisse Augusto, q diceret vtilissimũ & necessariũ hoc ciuibus esse propter magnas & longas peregrinationes, q̃ apud veteres fuissẽt: vbi si quis testamentũ facere nõ posset, [d] tamen codicillos posset. Post q̃ tempora cum & Labeo codicillos fecisset, iam nemini dubiũ erat, quin codicilli iure optimo admitterentur.

† alias interq; eos.

¶ Etiã ab intestato codicilli fieri possũt: sed quãdo ante testamẽtũ fiebãt, nõ aliter valebant, nisi erant in testamento confirmati: hodie vero semp videtur confirmati. Ang.

¶ Non tñ aũt testamento facto potest quis codicillos facere, sed & intestatus quis decedens fideicommittere codicillis põt. Sed cum ante testm̃ factum codicilli facti erãt, Papinianus ait nõ aliter vires habere, quã si speciali postea voluntate confirmentur. [e] Sed diui Seuerus & Antoninus rescripserũt, ex ijs codicillis, q testm̃ præcedũt, posse fideicõmissum peti, si appareat eum, qui testm̃ fecit, a volũtate, quã in codicillis expresserat, non recessisse.

¶ Non tm̃. Casus. Simi liter non figurat, cũ recitet correctio iuris antiqui. No. codicillos fieri posse ab intestato: q a venictes ab intestato vidẽtur tacite instituti, vel eis relicta hereditas. hi cõficiunt. ff. de iure cod. Item q codicilli quãdocunque facti valent, dum modo ab eis non sit expresse recessum.] SYL.

e ¶ Confirmen. s. expressim, vel et si quo iudicio retineat prima voluntas, vt ff. eod. l. ante tab. testamẽti. Sed Ioan. contra. nã siue ante, siue post fiant, sp uidẽt confirmati, vt hic dicit statim, & ff. eo. siquis cũ. §. fi. & l. ab intestato. Accur.

¶ Adde, q in libertatib⁹ remanet differentia secundum Io. Fab. hic. SYL.

Codi-

§ YL. ¶ Codicillis autem. Casus. Non figuratur in regula, cuius ratio sola est ob seruatio testamentorū inducta ne cōfundantur, ut hic dicitur. quare autē non posſit adimi hęreditas in codicillis, declarat hic Ias. No. hæreditatē nec dari nec adimi directo posse in codicillis. nec exheredationē fieri nec substitutionem directam, secus si per fideicom. Itē no. plures codicillos fieri posse, q̃uis fieri nō possit nisi unicum testm̃. Itē codicillos nullā iuris solēnitatem desiderare.]

ctione ex.l. ut ff. de cōdi. ex le. l.j. Vel dic utili actione ex testamento, cū ad instar testamenti codicilli sint inventi ut. ff. eo. l. ij. §. j.

e ¶ Instituto. s. in testamento.

¶ In codicillis hæreditas directo dari vel adimi non potest, nec conditio institutioni apponi, nec substitutio fieri: sed per fideicommissum sic. Ang.

¶ Codicillis aūt hęreditas neq; dari,[a] neq; adimi pōt: ne confundatur[b] ius testōrum & codicillorū: & ideo nec exhæredato scribi.[c] Directo aūt hr̄ditas codicillis neq; dari, neq; adimi pōt. Nā per fideicōmissum hæreditas codicillis iure relinquitur.[d] Nec cōdōnem hæredi ĩstituto[e] codicillis adijcere,[f] neq; substituere directo[g] quis potest.

¶ Plures codicillos vnus facere potest, oēs habentes effectū secus in pluribꝰ testamentis. Arct.

¶ Codicillos aūt ēt plures[h] quis facere potest, & nullā[i] solennitatē ordinationis desiderant.

f ¶ Adijcere. Ei cui cōditioni adiecta necesse parere non habet, sed in eius condōnis defectū de adēptione hęreditatis cogitasse uidet, ut ff. de cond. instit l. pen. in fi. j) Sed forte in uanū cogitauit, ut ibi dixi.

ADDIT. (i) Itē econtrario: quia conditio apposita in testamēto non potest in codicillis remoueri, quia tūc pure hęreditas dari uidetur, contra istum textū nisi forsan ob fauorē liberorum, per nota. in l. diuus, ff. eodem. clausula tamen derogatoria apposita ĩ testamento potest in codicillis reuocari, ut per Ang. hic.

a ¶ Neque dari. directo: sed per fideicommissum. siue ab eo, quem prius fecerat hęredem, siue a legitimis, bene potest relinqui, ut ff. eodē l. ij §. fin. & C. eod. hęreditatem. & infra proxi. uer.

ADDITIO. Et assignat glo in d. l. hęreditatem. rōnem differentię: quia non itm̄ auferiur per fideicommissum sicut directo aufert. Vel dic secundū Saly. aliqua uirtus attribuitur vni, quę non attribuitur alteri, ut l. fin. C. eod. & maiorem uim testamenta quam codicilli habent propter maiorem solennitatem in eis requisitam. Ang.

b ¶ Ne confundat. Idest ne istę duę uoluntates sic misceant, vt una ab altera discerni non possit: nam si idem significarent, quare diuersa nomina darentur, ut C. eo. si idem.

e ¶ Scribi. s. ut de iure ualeat.

d ¶ Relinquit. Sed qua actione hęc hæreditas, uel etiam alia in codicillis relicta petentur? Respon. quidā cōdi-

g ¶ Directo. si tamen substituerit, uidetur rogasse per fideicommissum ut restituat, ut ff. ad treb l. Scæuola.

h ¶ Codicillos. Plures. Vt etiam omnes ualeant, nisi cōtrariam contineāt uoluntatem, ut C. eod. l. cū proponas. aliud in testamentis, ut supra qb. mo. testa. infirm. §. posteriore. & facit. ff. e. diuus. §. j.

i ¶ Et nullā. Scilicet de illis quatuor quę in testō desiderantur, uel septem testium, uel sigillorū, uel ꝙ sua manu scribantur uel ꝙ subscribant testes, ut supra de testam. §. j. Sed quædā solennitates & hic desiderantur: ut sunt quinque testes, ut diximus supra tit. ij §. fin.

De



Continuatio. Aliqñ rub. est gñalior textu.

¶ De hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur. ¶ Hęc rubrica est generalis ad oẽs sequentes titulos vsq; ad titulum de bonorum possessione, vbi mistim tractabit ex testamento & ab ĩtestato, sed tex. huius tituli loquitur tantũ de suis hæredibus. sic & alias ff. si certũ petatur. & de rebus credi. vbi tractat de mutuo in specie tantum. Accursius.

SYL. ¶ Continuatr̃ hęc rub. per Iustit. s̃. in tit. per quas pers. nob. acq. in §. fi. vbi inquit, visis modis, quibus particulares res acquiruntur, sequit̃ videre quibus acquirant̃ per vniuersitatẽ, quod sm eum ibi fit iiij. modis; per hæreditatem, bon. possessionem, arrogationem, & addictionem causa libertatũ conseruandarũ. subdit, prius ergo est vt videamus de hæreditatibus, quarũ duplex est conditio: ex testamento, & ab intestato. subiungit se statim dictu rum de ijs, quę in testamẽtis nobis relinquuntur, quod cũ pfecerit Imper. subdit alterũ membrum intestatorũ, pro quo est casus in l. j. ff. si ta. test. mi. exta. q modꝰ cõtinuãdi, lʒ sit ad remota, contra. l. ij. de sta. hom. non est ad remota respectu materiæ, & Impera. alias hoc modo cõtinuandi vtitur in tit. de leg. & in tit. de vsu & hab. in fi. & infra de oblig. quæ ex delic. nas.]

¶ Liber tertius.

¶ De hæreditatibus quæ ab intestato deferuntur.

¶ Intestatus dicitur quis decedere pluribus modis, qui hic describuntur. Angelus.

INtestatus decedit, q aut omni-

INtestatus. Diuisio. ¶ Totus iste tit. diuiditur in quatuor partes principales. Primo ponit quis dicatur decedere intestatus. Secundo, q prima causa est liberorum: & qui sunt liberi, & sui. Tertio de emancipatis, quomodo admittant̃. & de adoptiuis. Quarto ponit aliquas suas correctiones. Secunda ibi (Intestatorum autẽ.) Tertia ibi (Emancipati autẽ.) Quarta ibi (Sed ea omnia.) Ang. Aret.

SYL. ¶ Intestatus. Caius. Non figuratur, cũ hic ponat̃ definitio seu descriptio ĩtestati. No. hic esse tex. cõtra illã regulã, q qualitas adiecta verbo intelligit̃ secundũ tempus verbi, nam qualitas decedentiæ non cõpetit viuenti, cum dicat, qui testm̃ nõ fecit, cũ fieri possit vltimo vitæ spiritu. l. iiij. ff. loca. tñ nõ est hoc inconueniẽs, vt est tex. in l. si quis posthumo. §. q si moriente. ff. de lib. & posth. Itẽ no. q ĩtestatus dr̃ ille,

qui

qui oīno testm̄ non fecit. Item qui nō iure fecit testamētū. Itē ꝙ paria sunt, testamentum nō esse factum, vel factū & nō legitime. Itē ꝙ dr̄ intestatus, ille, cuius hereditas non est adita.]

Testari aliq nolūt, aliq non pñt.

a Non fecit. Vel quia non vult, uel quia nō pōt, vt pupillus, furiosus: licet hi improprie intestati dñr eē, quia & si vellent testari, non possunt, ut ff. eod. l. de suis & leg. l. j. in princ.

no testm̄ nō fecit,[a] aut non iure fecit:[b] aut id, qđ fecerat, ruptū[c] irritūve[d] factū est: aut si ex eo nemo hæres extiterit.[e]

¶ Prima cā successiōis est suorū: q dñr, q primū locum obtinent: siue naturales sint, siue legiti. h. d.

¶ Intestatorum aūt hęreditates ex lege duod. tab. primū ad suos hr̄des ptinēt. Sui aūt hr̄des existimantur (vt sup. dixim⁹[f]) qui in ptāte morientis fuerint:[g] veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pro nepos proneptisve

SYL. Adde, qđ hi quātū ad hūc tractatū sunt intestati, sed de proprietate non. l. j. ff. de suis & legi. ꝙ facit ad statutū, ꝙ mr̄ non succedat filio intestato stantib. agnatis, an ueudicet locū in itestabili, de quo p doc. maxie Dec. in l. gñaliter. C. de iīsti. & substi.]

SYL. b Non iure fecit. Quia caruit solennitate testium, vel non habuit testamenti factionem & fecit.

¶ Adde tex. in l. j. ff. de iniu. rup. & dū gl. ponit exēplum in eo, qui de facto fecit testm̄, potest adduci tex. in l. si q̄ramus ff. de testa. Item in illo qui prætérijt. s. de exhęr lib. in princ.]

Testm̄ per duo rūpitur † c Ruptū. Arrogatiōe vel agnatiōe posthumi, vt s. qui. mo. test. infir. j. rñ. †

S Y L. ¶ Adde, ꝙ de hoc est text. in l. iij. in prin. ff. de iniuſ. rup. & in §. posthumi. s. de exhęr. lib.]

† Intelligę vt ibi per Ioā. Porç. & Ang.

¶ Et no. ꝙ non est per oīa idē qñ rumpitur, ac si nullū factū esset, nā tū fecit codicillos; cum primo casu. s. qñ rūpitur, legatū ut ex codicillis nō ualeat, vt C. de codic. l. j. secundo sic, ut. s. de fideicom. hęr § preterea. & ff. đ iure codic. l. si quis cum in fi. j. rñ & in l. ab intestato. & supra ti. j. §. non tantum.

SYL. ¶ Adde, ꝙ in primo casu rō est, qa codicilli pēdent a testō. l ab intestato. in fi. ff. de iure codicil. quod non esset, qñ expresse uel tacite essent grauati uenientes ab intestato. l. j. C. de codicil.

Item hodie non procedit hęc differentia, per auth. ex causa. C. de lib. pręt.]

d ¶ Irritūve. Vt p capitis diminutionem testatoris, vt supra q. mo. test. ifir. § nō tñ. & facit ff. de ver. sig. itestatus.

SYL. ¶ Adde, qđ dicitur irritum ēt quod non iure factū ē. §. alio quoq; modo s. qui. mo. testa. infir. Itē qñ sibi mortē consciuit ob crimen. l. si quis filio. §. eius. ff de iniu. rup.]

e ¶ Extiterit. Sunt & alij duo modi, vt per querelā, uel contra tab. testō rescisso, ut C. de col. vt lib. Accur.

ADDITIO. Hoc verum si sit mora anteaditam hęreditatem: secus si post: quia prętor non potest facere desinere quem esse hæredem. §. quos autem. j. de bon pos. Ang.

SYL. ¶ Intestatorū. Casus. Literaliter tātum figuratur: quia procedit describēdo & tradēdo regulam. No. ꝙ prima causa successionis est suorum. Item ꝙ hereditas intestati primo debetur liberis ex. l. duodecim tab. Itē no. qui sint sui Item ꝙ dictio, supra, denotat ex interuallo: ibi, supra diximus. ex quo nota, quod sufficit allegare in genere ad probationē alicuius rei. Item ꝙ patria potestas requiritur tempore mortis in suitate. Item ꝙ uiuēs moritur. Item ꝙ verbū, naturales, importat aliqñ legitimos & naturales. Itē ꝙ per oblationem curię quis legitimatur. Item ꝙ si lij per subsequens matrimonium legitimantur, & efficiuntur legitimi hęredes parētibus suis. Item quod quis debet cōsequi meritum, & honorem ex eo bono, cuius est causa.]

f ¶ Supra diximus. supra đ hęr. qual. & diffe. § sui.

g ¶ Fuerint. Item aliud est necesse: vt nemo eos pręcedat, ut ibidē dicitur, vt supra de hęr. qual. & diff. §. sui.

a Ex filio nato. Aliud si ex filia, vt supra de patria pot. §. fi.

Prognatus & abnepos idem. b Prognatus .i. procul a me natus: quia in quarto † gradu est mihi, qui vocatur abnepos, vt j. de gra. §. iiij. Vel dic † compositum poni pro simplici. i. natum vel natam: & sic pone pro pronepote prędicto. Vel dic melius, loquitur de omnibus descendentibus vlterioribus, & ideo dicit prognatus: quia vsq; in infinitum succedunt, vt in Auth. de hære. ab intest. §. j. & sic proprie ponitur prognatus. i. procul natus.

† Immo quinto gradu, secundum Nic. † Prima est melior secundum eundem Nic.

ex nepote ex filio nato [a] prognatus [b] prognata ve. Nec interest, vtrum naturales [c] sint liberi, an adoptiui. [d] Quibus [e] connumerari necesse est etiam eos, qui ex legitimis quidem nuptijs vel matrimonijs non sunt progeniti, curijs [f] tamen ciuitatum dati, secundum diualium [g] constitutionum, quæ super his positæ sunt, tenorem, hæredum suorum iura nanciscuntur: necnon [h] eos, quos nostræ amplexæ sunt constitutiones: [i] per quas iussimus, † si quis mulierem in suo contubernio copulauerit, non ab initio affectione maritali, eam tamen cum qua poterat habere coniugium, & ex ea liberos sustulerit: [k] postea vero affectione procedente etiam nuptialia instrumenta [l] cum ea fecerit, & filios vel filias habuerit, non solum eos liberos, qui post dotem editi

quod vero. & §. si quis igitur.

Intellige subsequente ratihabitione §. cum semel. d. auth. Nec potest pater vnum ex ita legitimatis facere melioris conditionis filijs legitimis & naturalibus §. & quoniam varie. eo auth.

* Erant autem hæ curię decurionum, vt copiose oste. di in Annot. supra tit. de nupt. §. fi.]

† alias vt si.

Peccata remittuntur peregrinantibus. Sicut fit remissio peccatorum ijs, qui vadunt vltra mare.

g Diualium. i. principum. i. Theodosij & Leonis, vt C. de nat. libe. l. si quis. & l. quoniam.

h Necnon eos. Scilicet

SYL. Adde, quod media approbatur, facit tex. I l. cui eorum. §. item Pomponius. ff. de postu.]

c Naturales. i. & legitimi.

d An adoptiui. Quo ad hoc vt sui dicantur: (i) nisi emancipati fuerint: tunc. n. interest, cum naturales emancipati iure pretorio succedant, adoptiui non, vt ff. eo. l. j. §. suos, & infra eo. §. minus.

ADDIT. (i) Scilicet ab intestato, secus ex testamento: de quo dic, vt per Ang. in §. sed hodie, supra de adopt. Item hoc non obtinet in feudo etiam nouo, etiam si cum consensu domini adoptetur agnatus. c. adoptiuis. in tit. si de feu. fue. controu. & de succes. feu. c. j. & per Io. Fab. & per Ang. Are hic.

e Quibus. s. suis hęredibus.

f Curijs. Erat. n. curia siue corpus in qualibet ciuitate, quo curia indigebat officialibus, vt negocia expedirent, vt in Auth. de defen. ciui. §. nulla. in fi. col. iij. vnde quicunque vellet naturalem suum filium dare illi curię: vel ipsemet filius post mortem patris se offerre, non extantibus ligitimis: vel pater testo illud dicat: legitimus fiebat, vt in auth. q. mo. na. ef. sui. §.

necesse est connumerari inter suos.

i Constitutiones. C. de nat. lib. cum quis. & l. nuper.

K Sustulerit. i. habuerit.

Matrimonium sine scriptura & dote potest valere, sed non filij legitimari.

l Instrumenta. In quibus contineatur matrimonium inter Titium & Bertam esse contractum, & dotem datam esse, quę instrumenta dotalia vel nuptialia dicuntur: & sine his duobus. s. scriptura & dote dicit P. non valere matrimonium, quia lex plerunque de his dixit tali casu, vt hic, & supra de nupt. §. fi. non alias, vt ff. de reg. iur. nuptias. Nos dicimus valere matrimonium, † vt C. de nupt. si vicinis, & in Auth. de nupt. §. nuptias. colla. iiij. sed non fieri liberos legitimos, vt in Auth. de trien. & se. §. fi. col. iij.

† Idem Ange. in §. fin. de nupt. SYL.

Adde quod si loquimur de iure canonico, opinio. glo. est vera. c. tanta. qui fil. sint legit. si de iure ciuili, & in illustribus non requiruntur. §. illud. in authen. quibus mod. natura. effi. leg. In libertatibus requiruntur. §. si quis igitur. in auth. vt libe. de cęt. in alijs autem communiter tenetur requiri.]

Iustos.

Mulieres aliq. retinent ad ſobolis experimētũ.

a ¶ Iuſtos. Repete, iuſtiſsimis.
b ¶ Præſtiter unt. ſ. primi. nã & ob hoc retinent quidam prius concubinas, vt experiant an ex eis poſſint filios hre, vt poſtea accipiant eas in vxores, vel repellãt: qđ ſcilicet vt re pellantur, in vxore prohibitũ eſt, vt in auth. quibus mo. na. effi. legi. §. quoniã. coll. vij.

† Côcor. cum hic tex. c. tãta, cum gl. j. extra qui fil. ſint legit.

ADDITIO. No. cautelã glo. pro eo q. vult habere filios: ſed nõ eſt bona quo ad animam, quia omnis fornicatio ẽ hodie prohibita, vt dixi ſ. de nupt. §. ſi aduerſus. & §. fi. Ang.

ſunt, iuſtos[a] & in ptã te eſſe patris, ſed etiã anteriores, †q & ijs, q poſtea nati ſunt, oc caſionẽ legitimi noĩs pſtiterũt. [b] Qđ obtinere cẽſuimus,[c] & ſi nõ progeniti fuerint poſtdotale inſtrumẽ tũ cõfectũ liberi, vel etiam nati ab hac lu ce fuerint ſubtracti.

¶ Ad hoc vt nepos & alij vlteriores libẽ ri in ptãte ſui hæredes ſint, requiriť q̃ alius nõ præcedat eos in gradu. h. d: Aret.

¶ Ita demum tamen nepos neptisve, pronepos proneptisve, ſuorum hęredum nu mero ſunt, ſi præcedens perſona deſierit[d] in poteſtate parentis eſſe: ſiue morte id acciderit, ſiue alia ratione, veluti emãcipatione.[e] Nã[f] ſi per id tẽpus, quo quis[g] moriť, filius in ptãte eius[h] ſit, nepos ex[i] eo ſuus hæres eſſe non poteſt: idque & in cœteris deinceps liberorum

fuit, quia ſuitas non capit, niſi vnũ gradum. l. poſthumorum ff. de inIuſ. rup. In verſiculo, poſthumi. ratio dubitandi fuerat, q; ſupra dictum erat neceſſe eſſe in poteſtate patris fore tempore mortis, qđ non reperiẽ in poſthumo: rõ autẽ decidendi fuit, q. a nato eo, fit retrotractio ad tẽ pus mortis patris. No. ſuitatem nõ capere, niſi vnũ gradũ. Item quod nepos: ita de mũ eſt ſuus, ſi pater eum non pręcedat ĩ gradu. Item q; quomodocũque qs exeat patris poteſtatem, fact lo

c ¶ Cenſuimus. q. d. nõ ſolum ſi naſcãtur poſtea, & viuant tũ primis, ſed & ſi non naſcã tur aliqui, ſiue ẽt naſcanť & morianť; vt C. de nat. lib. l. nuper. Et no. q; ẽt ſi le gitimos habent ex vxore quondam, ta men hęc valent: † & ſiue ex libera, ſiue ex liberta, ſiue ſerua, quam poſtea manumiſerit, & in vxorem duxerit, hęc ſeruantur, vt in Auth. de inceſt. nup §. cõſenſu, fi. & in Auth. de trien. & ſe. §. fi. col. iij. & in Auth. de filijs ante do. inſtrumenta na. per totum tit. col. iij.

† Quod verũ intellige etiã ſine ipſorum cõſenſu & nulla de ipſis ĩ inſtro facta men tione, ſecus tñ in legiti- mation fiẽda per reſcri- ptum. ſecundum Ang.

¶ Adde non requiri manumiſſionem in ſerua, auth. noua alia. C. de nat. lib.

SYL. Idem ex meretrice hodie, ſi proles eſt certa. c. inter opera. de ſponſa.

¶ Ita demum. Non eſſet figurandus, cum pendeat hic verſiculus a præcedenti: ibi, nepos neptiſve ex filio pronepos proneptiſve. Illa enim verba faciebãt dubitationem, cum eſſet dictum eos etiã ſuos hęredes eſſe: reſpondetur tamẽ declarando illa verba ita demum hoc eſſe, ſi nemo eos in ſuitate pręcedat & ratio decidendi

SYL.

cum ſecundo in ſuitate. Item quod poſthumus eſt ſuus.]

d ¶ Deſierit. Sed nonne filius præcedit nepotem ex altero filio vno gradu, vt infra de gra. co. §. primo gradu, & §. ij. & tamen non excludit, † vt infra eo. §. cum filius? Reſpon. non videtur pręcedere, cum ſui patris locum obtineat, vt in d. §. infra eod. † Idem Fa. Pla. & Ang.

e ¶ Emancipatione. Vel capitis dimi nutione maxima vel media, non autem captiuitate, vt ſupra quibus mod. ius pat. poteſt. ſol. § ſi ab hoſtibus. & ff. eod. l. j. §. ſi filius.

ADDITIO. Aduerte, quod dicitur hic de emancipatione, eſt hodie correctum, quia ſublata eſt differentia emã cipationis & patrię poteſtatis. Ang.

f ¶ Nam ſi per id tempus. Contra infra eodem §. cum autem quæritur. in princ. Solu. vt infra titu. j. §. proximus. Accurſius.

g ¶ Quis. Veluti auus.
h ¶ Eius. ſ. aui.
i ¶ Ex eo. ſ. auo.

a ¶ Personis. Cum oẽs liberi appellẽtur, licet post tinepotẽ improprie, vt ff. de gradi. l. iurisconsultus. §. parẽtes & ff. de ver. sig. l. liberorum.

SYL. ¶ Adde ꝙ doct. cõiter seq hanc gl. Tñ alias contrariũ dicebã per tex. in l. appellatiõe. j. ff. de verb. sig. ĩ l. liberorũ. eod. ti in l. qui cũq;. §. parentes. ff. de in ius voca. vbi cas⁹. in l. j. §. gñaliter. ff. de le. prẽstan. Nec tex. in §. parẽtes. videtẽ ĩtelligi a doct. dicit. n. ꝙ vsq; ad illũ gradum proprio noĩe appellãt. i. habẽt noĩa ꝓpria, non ꝙ vlterius nõ sint ꝓprie parẽtes & liberi: & ita teneas.]

personis [a] dictũ esse intelligimus.

¶ Posthumi quoq;, qui si viuo parẽte nati essent, in potestate eius futuri forẽt, sui heredes [b] sunt.

Su⁹ hr̃s statim post mortẽ parẽtis efficit̃ hr̃s ẽt ignorãs, licet sit pupillus vel furiosus, & sine auctortate sui administratoris. Arc.

¶ Sui autẽ heredes fiunt ẽt ignorãtes: [b] & licet furiosi sint, hr̃des [d] possunt existere: quia quibus ex causis ignorantibus nobis acquirit̃, ex ijs causis & furiosis acquiri [e] potest. Et statim a morte parẽtis quasi [f] continuatur dñiũ: & ideo nec tutoris auctoritate opus est ĩ pupillis, [g] cũ ẽt ignorãtibus acquiratur suis hæredibus hr̃ditas. Nec curatoris assẽsu acq̃rit̃ furis

b ¶ Sui heredes sunt. Cũ habeant̃ ꝓ natis, quoties de eorũ cõmodis q̃rit̃, † vt ff. de sta. hom. qui in vtero. Et no. ꝙ posthumus dicit̃ ꝓprie, qui post humatione patris nascit̃: & dicit̃ etiam improprie ille, qui facto testõ nascit̃, vt ff. de iniu rup. te. l. l. iij. §. j.

† Idem Ang. in §. cum aũt. supra de tu.

¶ Sui aũt. Casus. Querebat̃ an ignorãs vel furiosus efficeret̃ suus: & ratio dubitandi erat, quia in his personis nõ cadit obligatio regulariter, quia deficit consensus. l. in negocijs. ff. de regu. iur. sed isti obligant̃ onerib. hereditarijs. ergo &c. Cõtrarium deciditur ea rõne, quia obligatio prouenit a l. sine aliquo facto ipsorum. No. ignorantẽ quasi contrahere. Item ꝙ non dat̃ medium inter aditionẽ sui & mortẽ. Itẽ ꝙ quo ad acquisitionem equiparãtur furiosi & ignorantes.]

SYL. Posthum⁹ dicit̃ dupliciter.

c ¶ Etiã ignorantes. & inuiti, & statim, licet iure pretorio abstinere possint, vt s. de hær. qual. & diff. § sui. & ff. si quis omis. cau. test. l. j. §. qui sunt.

SYL. ¶ Etiã hodie, secũdũ cõem opi. doc.]

ADDITIO. Quod pretoris beneficium, ẽt si nõ impetretur, competit ipso iure l. ei qui se immiscuit. ff. de acq. hered. Ang

d ¶ Heredes. s. sui: alias non nisi ꝑ curatorẽ, secũdũ quosdã, vt C. de cur. fur. l. fi. §. tali itaque.

SYL. ¶ Ratio aũt quare est diuersum ĩ furiosoquo ad hereditatẽ alienã & paternã est, q̃a hereditas in suo acquirit̃ ipso iure, c ẽ. terrẽ nõ sic & iõ transmittitur, sicut & legata, licet sec⁹ sit in hereditate: & ita declarat Bal. in d. §. tali.]

e ¶ Acquiri põt. Sic ff. de act. & ob. l. si a furioso. & ff. si cer. pe l. si a furioso.

f ¶ Quasi. Hoc iõ, quia in corporalib. dicit̃ ꝓprie cõtinuatio. sed dñiũ est in corporale. hoc reprobo, quia & possessio est res incorporalis. † & tñ vna cũ alia cõtinuat̃, vt ff. de acq. pos. Pomponius. j. § ꝑterea. & §. in doiẽ. & §. si iussu. & §. sed & legatario. & § pe. Dicer go improprie fieri continuationẽ, q̃a inter diuersa non inter eadẽ fieri dẽt: sed pater & fili⁹ vnũ fictione iuris sũt, vt C. de impub. & aliis subst. l. fi. §. fi.

Possessio ẽ res incorporalis.

† Hoc verũ secũdum Bart. de iure ciu. non aũt de iure gentiũ.

¶ Adde ꝙ hic iõ nõ continuat̃ vere, quia dñium, quod erat apud filiũ uiuẽ te patre, erat fictum: qñ vero succedit: ius est verũ: iõ dixit quasi cõtinuat̃, quia alteratur qualitas subiecti, quod cõtinuat: ideo est impropria cõtinuatio: & ita bene declatat hic Christo.]

SYL. Fingit. ius patrem & filiũ esse eadẽ ꝑsonã.

g ¶ In pupillis. Alias si est hereditas extranei & non patris, tutoris auctoritas & pupilli actus necessari⁹ est: nisi sit infans, quo casu sufficit tutor, vt C. de iure deliber. potuit. & l. si ifanti. & parente. & ff. de tuto. & curato. da. ab ijs. lege

ijs.lege Impuber.

SYL. ¶ Interdū. Casus. In prima parte q̄ritur, an existēs in ptāre hostiū tpe mortis, reuersus sit suus: & videt̄ q̇ nō, qa qui non est in ptāte, non est suus, vt su pra Contrariū dicit̄, qa q̄uis re vera non sit. l. tñ fingir eū esse. In secūda aūt parte du bitabatur ex eo, quia qui semel est hæres, ppetuo ē hęres. l. & si sine §. sed quod Pap. ff. de min. cu ius cōtrariū dicit̄ ex eo, qa non desinit, sed aufe runtur bona ab eo tāq̄ ab indigno. No. q̇ dictio, interdū, ponit regulā in cōtrariū. Itē q̇ captus ab hostibus desinit esse in ptāre patris. Itē q̇ sufficit aliquē esse vere vel ficte in ptā te tēpore mortis. Itē q̇ hoc est ex fictio ne postliminij. Itē q̇ damnatus ob cri mē lęsę maiest. non amittit ptātē, quā habet in filios. Itē q̇ in crimine le. ma iest. memoria damnatur. Itē q̇ est casus, in quo quis desinit esse hæres.]

riosō, sed ipso iure.

¶ Reuersus ab hosti bus fictiōe post limi nij efficit̄ suus hr̄s, ēt si reuers[a] fuerit post mortē patris: sed si te stōr perduellione dā natus fuerit hr̄s suus esse desinit. Ant.

¶ Interdum [a] aūt, li cet in ptāte parentis mortis tpe suus hæ res non fuerit, tamē suus [b] hęres parenti efficit̄: veluti si ab ho stibus quis reuersus fuerit post mortē pa tris sui. Ius. n. postli minij [c] hoc facit. Per cōtrariū aūt hoc eue nit, vt licet qs in fa milia defūcti sit mor tis tempore, tamen suus hæres non fiat: veluti si post mortē [d] suam pater iudicatus fuerit pduellionis [e] reus, ac per hoc me-

feunt lite non conte. vt oīa alia publi ca, vt ff. de accu. ex iudiciorū. Alia cō testata lite transeūt alia nō, vt oia pri uata delicta, vt C. de delic. defun. l. j. & infra de perpe & tempo. act. §. nō aūt. in aliis

qui vestig. ff. de verb. sign. Idē

¶ Adde, q̇ regula est, q̇ delicta, siue publica siue priuata sint, nō transeūt in hæredes, nisi lis sit cō te. d. l. ex iudiciorū. fallit ī crimine læs. maie. d. l. fi. secundū text. illius. l. In hæresi. l. manicheos. C. de hęr. In apostatis, vt in gl. In crimine repetū darū. l. ij ff. ad l. Iul. repe. Item in peculatu. l. fi. eo. tit. Itē de residuis. l. fi. ff ad l. Iul. pec. Item qñ vxor successit viro, & est accusata de morte viri, vel econtra. l. Lu cius. de iure fis. Item in deferiore mili tię. l. defunctorū. C. de re mil. lib. xij.]

SYL. ciuitatibus, seu eūdum glo. in l. fallaciter. C. de abo. Quod ē verum si nō recognoscit superiorē alias secus, vt est gl. in l. j ī prin. ff. ad l. Iul. mai. dic vt p Angel. hic.

a ¶ Interdum. sic. ff. de suis & leg. l. j. §. interdum.

b ¶ Suus. ff. de testa. l. lege Corn. in fi. contra. Sol. ibi ille, qui fuit captus, nō fuit reuersus, sed hic sic.

c ¶ Postliminij. Quod fingit eū semp in ciuitate fuisse, vt §. qui. mod. ius pa. pot. sol. §. si ab hostibus. *

d ¶ Post mortē. † No. quędam delicta transire contra hęredē ēt lite nō con te. vt lęsæ maie. in duobus casibus: quā do quis contra principem, vel rēpubl. † fuit molitus: alias non, vt ff. ad l. Iul. ma. l. fin. & his duobus casibus tātū lo quit. Itē de residuis, & peculatus, & re petundarum, vt ff. ad l. Iul. pec. l. fi. Itē apostatatus, vt C de apost. l. ij. & l. apo statarum. in fi. Quędā etiam non tran-

† Vide simi. gl. in l. ex iudiciorū. ff. de accus.

† Scilicet Romanorū arg. l. eū

e ¶ Perduellionis. Id dicit perduellio nis, quia per duellum fiebat certamē, si aliquis criminis huius dicebat̄ reus, q̇ aliquid in ipsum principē vel rem publ. fuisset molitus, secūdum Pla. Et potest dici hoc & defendi, quia & secundum iura Romana videtur posse fieri debere pugna (j) & sūr aliqua arg. vt ff. ad l. Aql. qua actione. §. si quis in colluctatione. & ff. de re iud. commo dis. & ff. de ijs q uo in fa. athletas. & C. de athletis. l. j. libr. x. & ff. de excus. tut. l. athletę. in prin. & C. quę res pig. obl. pos spem & ff. de dona. donationes. in fi. his. n. legibus habetur mentio de tali pugna, quę non fieret nisi de iure esset. Vel dic perduellionis. i. hostilis criminis. nam perduelles hostes dicū tur, vt ff. de verb. sig. quos nos.

Pugna an sit li cita.

§ Adde q̇ hęc est vera, & declarat Al cia. ibi] SYL.

ADDITIO. (j) De iure canoni. est

 pro-

prohibitū talibus pugnātibus in duello ministrari sacramenta, maxime qui prouocant, vt no. Spec. de accusa §. sequitur. ver. quid si.

* ADDITIO. Olim perduelles erant, qui ciuem interfecerant. vt Horatius, qui sororē inter fecerat, per duellis a Liuio dr̄, sed Iurisconsultis perduellionis reus est, qui in principē vel rēpubl. hostilia fecerit, crimineque maiestatis tenet. l. vlt. ff. ad l. iul. maiest.

memoria[a] eius dānata[b] fuerit: suū.n. hrēdē habere nō pōt, cū fiscus ei succedat. sed pōt[c] dici ipso quidē iure esse suum hæredem, sed desinere.[d]

¶ Nepos ex filio pmortuo succedit simul cū alio filio viuē te: quia assumit locū pris sui: & iō succedit cū patruo & filijs patrui in stirpes & non in capita. Aret.

a ¶ Memória. nā ipse, cum sit mortuus, non pōt dānari nisi a Deo, vt ff. q̄ sen sine appel. re. l. pen.

b ¶ Dānata. Hoc. l. modo: pronuncio contra imperium Lucium fecisse, & iō bona in fiscu inferri. † nā per hoc memoria damnat, & infamia quadā defunctus afficit, vt supra qui. ex cau ma. non lic. §. j & ex ppe commissi delicti alienationes ab eo factæ non valebūt, vt C. ad l. Iul. maiest. l. pe. in fi. & ff. de don. l. donationes. §. fi. Accur.

† Vide Thom. Gram. dec. vi. vbi hoc singulariter limitat & d̄clarat.

ADDIT. Ex hoc loco notari potest, q de crimine alicuius etiam post mortem quærere licet: quod verum est, si agitur pp bona, vel cōtra personam & bona: secus si contra personam, vel de persona tm: quia tunc non licet, cū crimina morte extinguant. Vide pro hoc gl. no. in c. a nobis. ij. de sent. excom. in notula, puta in hæresi, &c.

Crimina an post mortem possint inquiri.

c ¶ Potest dici. s. verius.

d ¶ Definire. s. lata sententia. Nā non facit ipso iure definire hæredem suum esse tale delictum.

¶ Adde tamen, q interim est interdicta administratio rerū propriarum. l. quæsitum. ff. qui & a quib.

¶ Cū tuius. Casus. Sic figurat. Quæsitum est, an nepos vna cum alio filio succedat: & videbat q non: quia semp proximior prefert. §. si plures. infra tit. j. contrarium dr̄, quia subintra locum pris, nec succedit ex persona sua sed pris, q̄ est in gradu æquali psonæ alterius filij, No. q ita succedit auo nepos vt filius. Item q vsq; ad pronepotem quis suc cedit in locū [illegible]is, vlterius non, secundū doct. cuius cōtrariū tenui, alias ptex. in § ita demū. s. co. & pa-

¶ Cū filius filiaue, & ex altero filio[e] nepos neptisve existūt, pariter ad hrēditate aui vocant: nec q gradu pximior est, vlteriorē excludit. Aequū[f] enim esse vr̄, † nepotes neptesve in pris sui locū succedere. Pari rōne & si nepos neptisve ex filio sit, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocant.[g] Et qa

† An & q̄n idem iudicet. de nepo te quod de filio, & an nepos ex. filio primogenito exclu dat in feudo filium secūdo genitū, eius patruum, vide Thom. Gram. decis. j.

lia plura. Itē q tali casu succedit i stirpes. Itē q q̄n plures inter se succedunt auo, similiter succedunt in stirpes.]

e ¶ Ex altero filio. secus si ex filia, vt j. co § item vetustas & j. eo. §. diu.

ADDIT. Hodie secus, vt ibi not. & in l. lege. C. de legi. here.

f ¶ Aequū, vt in auth. qui. mo. nat. ef. sui. § ergo. ibi, qd. n. legalios. col. vij.

* ADDIT. Hic. §. secundum Ias. non habet locum in iure patronatus. l. si libertus præterito patrono. §. j. ff. de bo. lib. dicit tamē quod operæ liberti nihil habēt cōmune cum hæreditate aut bon. poss. quia hæ transeunt ad filium præmortui. l. a duobus in princ. ff. de oper. lib. H.M.

g ¶ Vocant. Idem est & si per bon. poss. vocent, vt ff. de contratab. l. j §. vocant (i) Sed contra. ff. de cōtratab. l. iij. §. j. Sol. non est contra, quia ibi præcedit filius, qa patris loco est adoptatus ad nepotem, vt supra. §. ita demum.

ADDIT. (i) Et sic nepos assumit psonam patris nedū ab intestato, sed et facto test. ō quod postea impugnatur. Quod est verū si succedit tit. hæreditario,

rio, quia tunc iuris dispositio, quę talis est consideratur: secus si tit. fideicōmissario, q̄a cōsideratur affectio, q̄ naturaliter est maior erga filios q̄ nepotes. Ang.
a ¶ In stirpes. infra tit. j. §. hoc ēt addendū. in fi. cōtra. Solu. vt ibi.
b ¶ Ex altero. sic infra eo. §. fin. sic ff de inoffic. test. Papinianus. §. proinde si ex duobus. sic & C. de suis & legit. l. nepotes.
c ¶ Ex duobus filijs. p̄mortuis.
d ¶ Ex altero. s. filio.
e ¶ Vnus. s. nepos.
SYL. ¶ Cum aūt. Salus. Quærebatur, an quoque mō ex prædictis qui decedat intestatus attēdatur. idem tps quo ad suitatē & videbatur q̄ nō, quia si requirit patria potestas, q̄n volumus inspicere an quis sit suus: si q̄s moriatur, clarū est q̄ post mortem nō habet filios ī potestate, cōtrariū dicitur, quia satis est patria potestas tēpore mortis: quia ad illud tps retrotrahitur ex dispositione. l. No. q̄ an quis sit suus inspicitur tps destituti testamēti. Itē q̄ nepos conceptus tēpore mortis aui, quāuis natus post mortē, dr̄ suus: secus in cōcepto & nato. Itē q̄ ille, quem filius emācipatus adoptauit, non est inter liberos aui. Itē q̄ q̄ui non pōt petere hæreditatem vt agnatus & cognatus, non pōt petere bono. pos. Itē q̄ hic est tex. q̄ emancipatus & adoptiuus non est suus, & probatur optime in illis verbis, hæc de suis hæredibus. qui text. q̄ videtur non est ab alio pōde ratus.

placuit nepotes neptesve, itē pronepōtes proneptesve in parentis sui locū succedere, conueniens esse visum est, nō in capita, sed ī stirpes [a] hrditatem diuidi: vt filius partē dimidiā hæreditatis habeat, & ex [b] altero filio duo pluresve nepotes alterā dimidiam. Itē si ex duobus [c] filijs nepotes neptesve existāt, ex [d] altero vn[9] [e] forte aut duo, ex altero tres aut quatuor: ad vnū aut duos dimidia ps ptineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia. ¶ Condito testō, qd postea destituit, ille dr̄ propinquior, qui tpe destituti testamēti est proximior, etiam si nascat post mortē illi[9], de cuius hæreditate agit, dum modo fuerit conceptus in vita ei[9]. Aret. ¶ Cū aūt [f] quæritur, an quis suus hæres existere † possit, eo tpe quærendum est, quo certum [g] est aliquem sine [h] testō decessisse: qd accidit [i] † & testō † destituto. Hac rōne si filius exhæredatus fuerit, & extraneus hæres īstitut[9], & filio mortuo [k] postea certum fuerit hęredem institutum ex testō non fieri hæredem, aut quia noluit esse hęres, aut quia non potuit, [l] nepos auo suus hæres existet: quia quo tpe certū est intestatum decessisse patrēfamilias, solus [m] inuenit nepos. & hoc certū [n] est. Et licet post mortē aui nat[9] sit, tn̄ auo viuo cōceptus, mortuo [o] patre eius, po-

f ¶ Cū aūt. Eo diligēter notato qui sūnt sui hęredes, nūc no. quo tpe quærendum est q suus hr̄s sit. † alias potest. † alias ex. † alias deserto.
g ¶ Certū est, supra eo. §. ita demū. contra. Sol. vt ibi dixi.
h ¶ Sine testamēto, qd̄ cōtingit vij. modis, vt s. eo. in princ. diximus.
i ¶ Quod accidit. s. vt videat quis sine testō decessisse.
K ¶ Filio mortuo. s. exhæredato.
l ¶ Non potuit morte præuētus, vt s. eod. §. ita demum.
m ¶ Solus. s. suus hæres.
n ¶ Certū est. s. nepotē suū hr̄dē esse, cum nullus præcedat eum, vt s. eo. §. j.
o ¶ Mortuo. Antequam adeat ex testamento hæreditas. Vnde constat non posse trāsmitti ad filium de inofficiosoque relam. imo etiam ea adita non transmittebatur olim, sed hodie contra, vt C. de inoffi. testa. l. scīmus. §. fin. & l. si quis

Querela inofficiosi an possit ad hr̄dē trāsmitti.

quis filium. ibidem.

SYL. ¶ Adde q̄ cōclusio huius glo. limitat̄ in hæreditate ascēdentis, secundū cōmunē opi. in d. l. scimus. §. fi. C. de inof. test. Item in filio exhæredato, secūdū Ang. in l. nā & si. ff. de inof. test. Item vbicunq; nō potuit præparari, Iason in l. cum mota. C. de transa. Item quo ad extraneos. d. §. fi. Itē qñ tales libe ri essent sui, glo. in verbo hæredes, in l. si quis affirmauerit. ff. de dolo. Itē nisi essēt hæredes, Pau. in l. si quis filium.]

† alias attigit.

a ¶ Deserto. scilicet ab hærede q non vult adire.

posteà loquitur, secus si posteà concipiuntur & nascuntur, vt hic, (j) & ff. de iniusto rup. testamen. si quis filio. §. nō fuisse.

ADDITIO. (j) Et hęc cōiter tenetur: q̄ hodie procedit qñ filius fuit rite & iuste exhæredatus, nec secuta aditio iuxta gl. singul. in §. exhęredatos. in Auth. de hęred. & falcid. alias virtute transmissionis bene admittit̄, vt per Ioan. Fabr. & Angel.

steaq; deserto [a] aui testō, suus hr̄s efficit̄. Plane si & cōcept' & nat' fuerit post mortē aui, mortuo patre suo, desertoq; postea aui testō, su' hr̄s auo non existet: qa nullo iure cognationis patrē sui pr̄is † tetigit. [b] Sed nec ille est inter liberos aui, quē fili' emācipatus adoptauit. Hi āt [c] cū nō sint sui (quantū ad hr̄editatē) liberi; neq; bonorū possessionē petere possunt quasi ꝓximi cognati. [d] Hęc de suis hęredibus.

¶ Emācipātus de iure ciuili incognitus ad successionē parentis non venit: Prætoris tñ bñficio ꝑ bon. poss. vñ liberi ꝑinde admittet̄, ac si in ei' ptāte mansisset. Are.

¶ Emancipati aūt li beri iure ciuili nihil iuris habent, (neque n. sui hæredes sunt, † qa [e] in ptāte desierūt parētis esse) neq; vllo alio iure [f] per. l. xij. tabu. vocant̄. Sed Prætor naturali ęqtate motus dat eis bo-

¶ Emancipati autem. Casus. Non figuratur, quia recitat ius prætorium. Ius enim ciuile non cognoscebat: quia erat solutum vinculū ciuile patrię potestatis: sed quia prætor naturalem ęquitatem sequitur: & ipsi filij nō desinunt naturaliter esse filij, vt alias fuit declaratum, ideo eos prætor admisit. Nota, quod de iure ff. & C. vsque ad tempora Iusti. emancipati reputabantur extranei, & non succedebant. Item nō. consequentiam: non sunt sui, quia desierunt esse in potestate. Item prętorem moueri naturali ęquitate. Item quod de iure prætorio admittuntur sui & emancipati simul.]

SYL. † alias qui.

b ¶ Tetigit. Nec. n. fuit proximus cognatus ei. s. auo viuo, quo viuo, nondū animal erat, vt ff. vnde cog. l. j. §. si quis proximus. Sed nūquid hodie ꝑ Auth. succedit, vt in Auth. de hęr. ab itest. veni. §. j. col. ix.? P. dicit q̄ sic, qa naturalis causa tantum spectatur. Ioan. contra, ꝛ quia nec de iure prętorio, quo casu naturalis inspiciebatur, admittebatur, vt sequitur, vt infra eodem. §. emancipati. & ff. de suis & legit. l. Titius. & lege penult.

ꝛ Sequū tur Ioā. Fab. & Ang.

ADDITIO. Et hęc est cōmunis opi. vt per Ioan. Fab. & per Ang.

c ¶ Hi autem s. concepti & nati post mortem aui.

d ¶ quasi proximi cognati. i. tanquā gnati. nam agnati sunt proximiores quàm cognati. Nūquid ergo tertio ordine inter cognatos vocantur? Respō. M. q̄ sic, vt ff. eod. l. j in fi. Ioan. contra, quia ibi de conceptis prius natis

e ¶ Emancipati. Quia, Bona ratio, vt s̄. de hęre quasi. & dic̄ §. sui, & s̄. eod. §. j. ibi, sui autem &c.

f ¶ Neque ullo alio iure. s. neq; vt patroni, neque vt agnati, quos vocat lex xij. tab. vt infra titu. j. in princip. & infra de success. liber. in princ. aliud econtra, vt infra tit. j. §. fin.

Soli

a ¶ Soli sint.s.emancipati.
b ¶ Cum suis hæredibus.s.cum alijs qui remanserunt in potestate.
c ¶ Pro parte.s.dimidia, vt ff. de ver. signif. nomen filiarum.§.portionis.

SYL. ¶ At ij qui. Casus. Non figurabiliter,cum recitetur ius antiquum hodie correctū. No. igitur, quod emancipatus, q de iure ciuili habebatur pro extraneo, & admittebatur de iure prætorio, si dabat se in adoptionem, carebat beneficio prætoris, cum distinctione, de qua in hoc tex. Item quod adoptiuus emancipatus ab adoptante est penitus loco extranei. Item quod dictio, nihilo magis, hic stat proprie. Item quod sicut voluntas captatoria reprobatur ex testamēto, ita ab intestato.]

† Ista glo.non est Acc. d ¶ † At ij. Vocantur emācipati ad successionē patris, sed non omnes: & hoc sequitur, at ij, &c.

e ¶ Adoptionem.i.arrogationem.

f ¶ Non admittuntur. ff.de cōtratab. l.iij §.si quis filio.contra.Solu.ibi non valuit adoptio,secūdum Ioan. sed hic valuit. Vel distingue an detur extraneo, vt hic, an detur in adoptionem nepos ex filio emancipato patri eiusdem, vt ibi, argu. supra de adoptio. §.sed hodie. ¶ Adde, quod gl. errat, secundum Io. Fab. & Ang. hic:ideo declara vt per eos.] SYL.

norum possessionem Vnde liberi perinde ac si in ptāte parētis tpe mortis fuissent: siue soli sint,[a] siue cū suis hæredibus[b] concurrāt. Itaq; duobus liberis extantibus emācipato vno, & eo qui tpe mortis ī ptāte fuerit: sane quidē is, q in ptāte fuit solus iure ciuili hæres est, & solus suus hrs: sed cū emancipatus beneficio Prętoris in partē admittit, euenit vt suus hæres pro[c] parte hæres fiat.

¶ Filius emancipatus,& postea arrogatus ab alio nō pōt venire ēt de iureptorio ad hæreditatē patris naturalis, nisi ante mortē suā fuerit emācipatus ab arrogatore. Si vero emancipetur post mortē naturalis patris, habetur vt extraneus, quo ad hæreditatem vtriusque. Aret.

¶ At ij,[d] qui emācipati a parēte in adoptionē[e] se dederūt, nō admittuntur[f] ad bona naturalis pris quasi liberi: h modo cum is[g] moreretur, in adoptiua familia † sint. Nā viuo[h] eo emancipati ab adoptiuo patre perinde admittūtur ad bona naturalis patris, ac si emācipati ab ipso[i] essent, nec vnquā in adoptiua familia fuissent:[k] & conuenienter, quod ad adoptiuū patrem pertinet, extraneorū loco esse incipiūt. Post mortē vero naturalis patris emancipati ab adoptiuo patre, & quantum ad hunc adoptiuū patrem pertinet, æque extraneorum[l] loco fiunt, & quantū ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum gradū nanciscuntur. Quod ideo sic placuit, quia iniquum erat esse in potestate

¶ Item. C. de adop.l.penult.§.sed si quidem, quę est cōtra. Solu. illam intellige vt infra eo.§.admonendi. † Alias fuerint

g ¶ Cum is.s.pater naturalis.
h ¶ Viuo eo.s.patre naturali.
i ¶ Ab ipso.s.patre naturali.
K ¶ Fuissēt. vt supra de exhęre. lib. §.emancipatos.
l ¶ Extraneorum. Si autem morte patris adoptiui facti essent iuris sui durat agnationis ius inter eos, idest inter adoptiuum & natūralem filium adoptantis nō emancipatum, vt sibi succedat, vt ff. de gra. co. l.si filiū naturalem, & ff. vnde cogna. l.j.§.cognationē, & de adop. l antepe.

M. Item

M. Item & ipsi adoptiuo patri succedunt, infra eo. §. sed ea.
a ¶ Adoptiui. Post emancipationem, non prius, ut supra eod. §. j. ver. nec intereſt.
b ¶ Eius. s. naturalis patris.
c ¶ Ad agnatos. Nam ſi non emancipar, certū eſt φ filij nō ſuccedūt naturali patri, & ita agnati ſuccedunt, ut ſupra proxime, & ff. unde libe. l. prima. Si autē emāciparet ſuccederent filij, ut ſupra proximo. §. & ſic in eius poteſtate eſſet ad quem bona naturalis patris ptinerent. qđ eſt abſurdū & contra regulam iuris, ut hic, & ff. de hęredib. inſtit. l. illa inſtitutio.

† alias p tinerēt.

les q̃ adoptiui. Item φ naturales emancipati, quamuis iure ciuili gradū liberorum amittant, de iure prętorio eis reſeruat: quod ſecus eſt in adoptiuis. Item φ ius ciuile non tollit naturale. Item φ iura ſāguinis deleri non poſſunt. Item φ emancipatio eſt actus ciuilis ſicut adoptio.]

patris adoptiui, [a] ad quos bona naturalis patris † ptineant: verū ad liberos eius, [b] an ad agnatos. [c]

¶ Naturalis emancipatus, de iure p̄torio retinet gradū liberorū: adoptiu[s] nō, & vllo iure ſuccedit. h. d.

¶ Minus [d] ergo iuris habent adoptiui filij, quàm naturales. Nanque naturales [e] emancipati, beneficio Prætoris gradum liberorum retinent, licet iure ciuili perdant: adoptiui uero emancipati [f] & iure ciuili perdunt gradū liberorum, & a Prætore non † admittuntur [g] & recte. Naturalia enim iura ciuilis ratio [h] perimere nō poteſt: [i] nec quia deſinunt ſui hæredes eſſe, poſſunt deſinere filij filiæve, aut nepotes neptesve eſſe. Adoptiui vero emancipati [k] extraneorum loco incipiunt eſſe: [l] quia ius nomenque filij filiæve, quod per adoptionē conſecuti ſunt, alia ciuili ratione, id eſt emācipatione pdūt.

¶ Filius legitimus & naturalis in ptāte, vel emācipatus, habet Contrà tabulas de iure p̄torio, ſi ſit p̄teritus; niſi fuerit

† alias adiuuātur.

d ¶ Minus ergo iuris. Quia naturales emancipati iure p̄torio uocantur, ſed adoptiui emancipati nō, ut ſupra proximo. §. ergo &c.
e ¶ Naturales. & legitimi.
f ¶ Emancipati. ab adoptiuo p̄re.
g ¶ Non admittuntur. Niſi ſint de ſuis: quia auus adoptauit nepotem in filium, & poſtea emancipauit, ut ff. ad Tertul. l. ij. §. adoptiui.
h ¶ Ciuilis ratio. Id eſt emancipatio que de iure ciuili eſt, ut ff. de regu. iur. actus.
i ¶ Non poteſt. ſic. s. de leg. agna. tut. § ſi. ſic ff. de reg. iu. nihil tam.
K ¶ Emancipati. ab adoptiuo patre, & poſt mortem naturalis, vt s. §. prox. u er. poſt mortem.
l ¶ Incipiunt eſſe. Nota, φ ſi emancipetur filius vel filia vel deinceps; non ſunt ſui hęredes: non tamen deſinunt eſſe filij vel filię.

ADDITIO. Item quia tunc uidetur auferre ius quęſitū agnatis, quod eſt inconueniens. Et ex his nota, quod neque ex teſtamento, neque ab inteſtato poteſt eſſe voluntas captatoria. Angelus.

SYL. ¶ Minus ergo iuris. Caſus. Quęſitum fuit, an ęquipararent naturales & adoptiui emancipati: & uidetur φ ſic ea ratione, quia quaſi etiam reſpectu iuris habentur pro eiſdem ſupra de adoption. per tot. & idem operatur fictio in caſu ficto, quod veritas in uerō. Contrarium reſpondetur ex ratione expreſſa in tex. emancipatio enim iuris ciuilis uinculum tollit, non naturalis. No. quod plus iuris habēt natura

¶ Eadem hęc. Caſus. Querebatur an idem obſeruaretur in bon. poſ. contra tab. & videtur φ non, propter iniuriā a pa- SYL.

a parente factam in pteritione, ob quā mouetur prętor. cuius contrarium dr ex eadem rōne, q̄ multo magis militat in causa testati quàm intestati. No. ꝙ Contra tabu. datur pręteritis, non exhęredatis.

Itē ꝙ ille est pręteritus, q vel non est īstitutus, vel est īstitutus sed non rite. Item ꝙ bo. poss. contra tab. inducta est ēt pro fi lijs in ptāte. Item ꝙ prętor non admittit ad cō tratab. emancipatos existentes tempore mortis in aliena familia. Itē ꝙ ad Contra tab. vocanī filij, qui de iure ciuili solēt uocari, & eo ordine secundū Ang. quod tñ non probatur hic, sed potius quod iis, quibus prętor subuenit ab intestato, subuenit facto testamento]

in adoptiua familia tunc tpis: adoptiuus vero secus. Ang.

¶ Eadē [a] hæc obseruanť & in ea bonorū possessione, quā contra tabulas testī parētis liberis pteritis, id est neq; hæredibus institutis, [b] neq; vt oportet [c] exhæredatis, [d] Prętor pollicetť. Nā eos qdē, q in ptā te [e] mortis tpe fuerīt, & emancipatos, vocat Prætor ad eandē bonorū possessionē, eos vero, q ī adoptiua familia fuerint p hoc tēpus, quo naturalis parēs moreretť, repellit. [f] Itē adoptiuos liberos emācipatos ab adoptiuo pře, sicut nec ab itē stato, ita lōge min⁹ cōtrata

a ¶ Eadem. Quę obseruantur in bon. poss. Vnde liberi, & in Contratab. bon. pos seruantur.

Pręteritus qñquecomittit edictū. b ¶ Institutis. His enim institutis non datur hęc bon. poss. nisi pręteritus rum pat testamentum, & huic scilicet insti tuto viam aperi at: & hoc est quod dici tur, nisi pręteritus committat edictū: vt ff. de cōtratab. l iij. §. si quis ex libe ris. j. si autem pręteritus nolit vti, post

† Immo idē est, etsi re pudiat, vt ē casus in l. nunquam. quā semel agnouit, † institutus habet Contratab. iure suo, & secundū tabu las: quod est mirabile: nec expectar pręteritum, vt ff. de contratab. l. si post mortem § fin. & de leg. præstan. l. non nunquam.

SYL. ¶ Adde ꝙ verior est opin. contraria & communior, ꝙ non sit necessaria peti tio, & probatur concludenter ī d. l. nōnunquam. & in. l. non putauit. §. a ptimo. ff de contratab.] nonnunquā. ff. de leg. pstand. Ang.

c ¶ Vt oportet. s. masculi nominatim, fœminę, itet cęteros. vt supra de exhęre. lib. §. j.

d ¶ Exhęredatis. Cum ergo mřis præ teritio pro exhęredatione habeať, ut supra de exhęred. libe. §. vlti. c essat ibi Contra tab. bon. pos. ut ff. de cōtra tab illud. §. ad testamenta.

Matris pteritio hř p exhęredatione.

¶ Adde, ꝙ assignāt rō. in §. ad testamenta. quę declaranda est ut per gl. aliter non esset vera: hodie vero, si mater prętereat sine insertione causę, habent Contra tab. sicut ius dicendi nullum, secundum cōmunem sententiam, vt per Iaso. in l. posthumo. in iiij. col. C. de contratab.] SYL.

e ¶ In potestate. Emancipatis committentibus edictum, non alias, secun dum Mart. vt ff. de contratabu. l. iij. §. si quis ex liberis. Sed Ioan. contra. nam nullum dicere possunt, & contra tabu. suo iure habent, (i) vt ff. de leg. prest. l. si duo. & C. de lib. pręter. maximum. Accursius.

ADDIT. (i) Dic vt l. is qui in pote state. ff. de leg. pręstan. nam, vt hic est tex. clarus, licet pro emancipatis prę tor adinuenerit bon pos. quia erat eis necessaria, nō tamen voluit eam dene gare suis, immo concessit in casu quo voluit, vt dictis iuribus, quia vocanť ad contra tabul. non uocantur de iure ciuili, vt l j § vocatur. ff. de contra tabu. Ang.

f ¶ Repellit. s. pręror, nisi sint instituti, & eis committatur edictum, vt ff. de contra tab. nō putauit. §. in adoptione. & §. vt autem. Item contra. ff de cōtra tab. l. iij §. si quis filio, Sol vt s. eo. §. ar ij Accur.

¶ Admonendi tamen. Casum non ex pedit figurare, quia ista verba veniunt ad declarationem eorum, quę dicunť in §. atij. No. summarium. Item qualiter SYL.

liter procedat successio prætoria.]

2 ¶ Admonēdi tñ. Licet hos duos qui sequuntur, nō admiserim de iure ciuili, vt s. eo. §. at ij. tamen admonendi sumus, idest admonemus, &c.

redetur: ratio assignatur in tex. Item ꝙ necessitas exhæredādi & instituēdi prouenit ex suitate. Item quod adoptatus ab ascendentibus transit hodie in potestatem sicut de iure antiquo. Item ꝙ duo vincula arctius ligant. Item ꝙ arrogatus † transit in potestatem arrogantis, & ei succēdit]

b ¶ Ad bonorum pos. scilicet Vnde liberi.

v ¶ Emācipati. Qui sunt siti per prętorem, vt supra eodem §. emā cipati.

d ¶ Legitimos. Idest agnatos, vt infra titu. j. i. respon.

e ¶ Proximos. Sic. ff. si ta. test. nullæ extabunt. l. j. sic. ff. quis or. in bono. pos. ser. l. j.

SYL. ¶ Sed ea omnia. Casus. non figuratur, quia. §. hic post correctionē Iusti. rō. n. dubitandi erat ius antiquū, rō vero decidendi ponit inversi. i. nue nimus. No. ꝙ filius datus in adoptionem extraneo retinet iura patris naturalis. Item ꝙ adoptatus ab extraneo ei succedit

bulas testī ad bona eius admittit, quia desinunt in numero liberorum eius esse.

¶ Licet filius emancipatus adoptat[a] nō possit venire ad bona patris naturalis p Vnde liberi vel Vnde agnati, venit tamen per Vnde cognati. h. d. Ang.

SYL. ¶ Sed quẽadmodum. Casus. Ita figurari põt, licet ĩ §. tradente notissimam regulã non esset figurandus: ꝙ videbatur matrem nõ teneri ad petendũ, quia hoc iudicis officium est ĩ. de Atti. tu. in princ. tñ contrarium dr rõne expressa ĩ tex. in ptin. No. matrem teneri petere tutorẽ filio: aliter perderet legitimã successionem. Item ꝙ mater ẽt vulgo quæsitus succedit. Item no. ex hoc tex. iuncta. l. ij. §. si mater. ij ff eo. appellatione filiorum veniunt nepotes sicut appellatione sobolis & liberorũ: nam ibi loquitur in filijs, & tamẽ veniunt nepotes.]

e ¶ Prospeximus. in successione.
f ¶ Cõsulere. s. in tutore petẽdo. Acc.
ADDI Et dic petendo. s. infra annũ vt hic. Et istam opinionem dicit Ang. esse cõem, & eam tenet tanquã magis æquam per l. sciant. C. de legi. hę. quã uis Bar. ibi & doct. velint, ꝙ teneat petere statim cum potest, nisi fuerit impedita legitima causa, ita ꝙ annũ nõ transcendat.

g ¶ Scituris eis. s. matribus negligentibus: alias non perdunt, vt C. qui petãt tut. l. cum a matribus. & maioribus: alias similiter non perdunt, vt C. si aduer. delic. l. ij. Accur.

SYL. ¶ Dic, ꝙ ad hoc vt perdat, requiritur ꝙ sit maior xxv. ann. ꝙ moriatur filius ĩpubes: ꝙ esset vtile pupillo tutorem habere. ꝙ mater nõ fuerit diligens: ꝙ nulla cã excusari possit secundũ Christoph hic. & pro declaratione videnda essent ꝙ ponit Dec. in c. ex parte. ĩ iiij. col. đ ap pel. * & Paris. consi. 86. nu 21. vol. j. q refert casus, in qbus non amittit successio ob non petitionẽ tutoris.]

h ¶ Impuberum. aliud si puberes moriantur. vt C. eo. matres.
i ¶ Licet. Vulgo quęsitus. nisi hæc mater sit illustris. Sic ecõtra talis fili⁹ illustri matri nõ succedit, vt C. ad Orfi. si qua illustris.
ADDI. Idem si esset natus ex damnato coitu: secus si ex concubina ẽt illustri, vt per Ang. hic.
* ADDITIO Vulgo autem quęsiti dicuntur, qui incertum patrem habent, vtpote qui meretricio. & vago concubitũ geniti sũt, vt patet ex. §. fi. supra de nupt.

¶ De senatusconsulto Orficiano,

¶ Continuatio fit per glo. j. & satis patet in tex. in prin.] Continuatio.

Per

Diuisio.

PEr contrarium. ¶ Totus iste titulus diuidit in quatuor partes. Primo ponit, qualiter filij ad hereditatem matris, & nepotes ad hæreditatem auiæ admittuntur. Secundo, nunquid capitis diminutione tale ius succedendi tollat. Tertio, qui sunt illi filij, qui ad hereditatem matris admittuntur. Quarto subnectit nouum casum ad materiam ab intestato. Secunda ibi. (Sciendum.) Tertia ibi. (Nouissime.) Quarta ibi (Si ex pluribus.)

SYL. ¶ Per contrarium Casus positio non cadit.

ADDITIO. An autem in correlatiuis seruetur equalitas, vide Bart. in lege secunda. C. de cupres. ex lu. libro xj. Angelus.

b ¶ Liberi. stricte ponitur pro filijs tantum, vt infra eodem §. primo, alias contra, vt ff. de verb. signifi. lege liberorum.

c ¶ Matrum. ingenuatum vel libertarum, vt ff. eo. l. j. j respon. immo & ancillarum, dum modo sit sibi facta mora in fideicommissaria libertate, vt C. eodem l. finali.

d ¶ Legitima. nō quia lege xij. tab. daretur, immo denegabatur, vt supra titu. j. in princip. sed Senatusconsultum dat, quod vicem legis obtinet, vt infra de exception. §. hæc exempli causa.

tum ad bona eius mortem ex Tertulliano Senatusconsulto admitti.

¶ De Senatusconsulto Orficiano.

¶ Filij etiam in potestate parentum succedunt matri ex Senatusconsulto Orficiano: quod ex constitutionibus extensum est ad nepotes. hoc dicit.

PEr ᵃ contrarium autem liberi ᵇ ad bona matrum ᶜ intestatarum admittuntur ex senatusconsulto Orficiano, quod Orficio & Rufo Consulibus factum est, diui Marci temporibus, & data est tam filio, quam filiæ legitima ᵈ hereditas etsi alieno iuri subiecti sint, & præferuntur ᵉ consanguineis ᶠ & agnatis defunctæ matris. Sed cum ex hoc Senatusconsulto nepotes & neptes ad auiæ successionem legitimo iure non vocarentur, postea hoc constitutionibus ᵍ principalibus emendatum est, vt ad similitudinem filiorum filiarumque; nepotes ʰ neptesque, vocentur.

¶ Successio ex Ter-

declarat enim, qualiter filij matri succedunt per Orficianum. No. filios vocari ex Senatusconsulto Orfic. ad successionem matrum intestatarum. Item quod ex tali Senatusconsulto non vocabantur nepotes, sed fuit extensum ad nepotes per constitutiones. Item quod appellatione filij in materia legali non veniunt nepotes: nam aliter non fuisset necessaria talis extensio. Item quod liberorum appellatio stricte aliquando pro filijs accipitur.

a ¶ Per contrarium, id est ecōtrario. nam supra titulo primo, tractatum est, qualiter mater filio succedit; nunc dicit econtra. Vnde versus: Matri succedes o nate per Orficianum, Inuidiam portans econtra Tertullianum. Accursius.

e ¶ Et præferuntur. s. filij.

f ¶ Consanguineis. Idest cognatis. Accursius.

¶ Adde tamen, quod in lege prima. C. eod. exponitur pro fratribus: quæ expositio communiter tenetur: sed circa expositionem huius glos. vide aliquid per Ludo. Goza. in repet. legis qui se patris. C. vnde lib. colum. xxv. circa medium. SYL.

g ¶ Constitutionibus. Quas non habemus.

h ¶ Nepotes. Idem in alijs descendentibus ex hac linea dicam. Sed quid si nepos iste fuit cōceptus post mortem auiæ? Respon. vt supra de here. quæ ab inte-

tulliano vel Orficiano non tollitur capitis diminutione.

¶ Sciendum autem est hmōi successiones, quæ ex Tertulliano & Orficiano senatusconsultis deferuntur, capitis diminutione[a] nō perimi, propter illam regulam,[b] qua nouę hæreditates legitimę capitis diminutione nō pereūt, sed illę[c] solæ, quæ ex lege xij.tabul.[d] deferuntur.[e]

¶ Vulgo quęsiti matri succedunt.h.d.

¶ Nouissime sciendum est etiam illos liberos, qui vulgo[f] quæsiti sunt, ad matris hæreditatem[g] ex hoc senatusconsulto admitti.[h]

¶ Portio hæreditatis deficiens alijs accrescit: quod ius ad hæredes transmittitur.h.d.

intesta. §. cum autem.diximus.

SYL. ¶ Sciendum autem. Casus. Quęrebatur, an minima capitis diminutione hæreditates perderētur: & videtur dicēdum quód sic, quia sicut delatę per l. xij. tabul. perduntur, ita & hæ perdi videbantur, quæ ad illarum similitudinem datæ sunt, & pariter legitimæ dicuntur, contrarium tamen dicit ex eo, quia.l.xij tabul fundata est sup agnatione, & secundum eā tribuit successionem, vnde ea extincta merito perditur successio : sed nouæ hæreditates legitimæ deferuntur attenta cognatione, quæ capitis diminutione non perimitur ; & ideo non perditur successio ex ea data. Nota summarium.]

a ¶ Capitis diminutione.s.minima: nam per alias omne ius etiam cognationis tollit, vt supra de cap. dimi.§. quod autem.

b ¶ Regulam.Tenor cuius est hic,& ff.de cap.dim.tutelas.j.respon.

c ¶ Sed illæ solæ ff vnde liberi.l.fi.in fine contra.Solu. hic dicit solæ, vt excludat eas tantum, quæ ex senatusconsulto deferantur, nō prætorias successiones, vt ibi nota.

d ¶ Ex.l.xij.tabularum sic.ff.eodem. l.j §.capitis.sic.ff. de suis & legitimis l.capitis.

Hæreditas per capitis dimin. minimā nūq; perdit, qñque nō. e ¶ Deferunt.Quare magis.l.xij.tab. data hæreditas perditur per capitis diminutionem minimam quā senatusconsulto delata? Rñd. quia illa agnatis defert, quę agnatio per capitis dimin. minimā tollitur: at senatusconsultū filio, qui matri est cognatus: & cognatio non tollitur per capitis diminutionem minimā, vt supra de leg.agn.tute.§.fi.

¶ Nouissime. Casus. Non figuratur in regula, quæ modicā habet rationē dubitandi : & ratio decidendi clarissima est ex eo, quia semper mater ē certa: vnde cum non sit admistum aliud impedimētum illegitimitatis, certe pōt succedere mr̄i, cui coniungunt, nō aliter q̄ legitimi & naturales. Nota summariū.] SYL.

f ¶ Vulgo quæsiti. quia non habent certū patrem, vt s.de nup. §.si aduersus, multo magis in naturali tantum, vt C.eo.l.pen.

g ¶ Hæreditatem .s. vna cum legitimis, nisi erat mater illustris : tunc n. cum legitimis ab intestato nō veniūt: secus in naturalibus ex licita consuetudine procreatis, vt C. eodem, lege penult.

h ¶ Admitti. Nunquid hodie succedit vulgo quęsitus? videtur quòd non, vt ī Authen.quib.mo nat.effi.sui.§.vltimo. Sed tamen distingue: aut est ex tali coitu, q possit dānari: vt incestus, adulterij, nefarij, & simili : quo casu nō succedit, cū ob hoc ipsum dānādus est, vt in d.authen.& ff.solu.matt.si ab hostibus.(j) aut non : & tunc succedit matri, vt hic.non patri, cum sit incertus. nam & si habet certum patrem naturalem, non tamē succedit ei nisi in duabus vncijs ab intestato non extantibus legitimis: alias in nihilum, vt in Auth.quib.mod. natu.effic.sui. §. discretis. colla.vij. Filius vulgo q̄situs an succedat d̄ iure nouo

ADDIT (j) De ęquitate tamen canonica a parentibus sunt alendi.c. cū habe-

habere.de eo qui dux. in ma. quã pol. per adult. ex quo inferũt doc. ꝙ pater potest reliquere bastardis pro dote & alimentis: sed vltra in fraudem nõ relinquat, secundum Ang.

subsitu. §. primo. (j) Item nunquid est necesse iterum adire? Respon. nõ, nisi quãdo ex alterius persona, puta serui, fiat mihi augmẽtum, vt ff. de acq. hęr. si solus. in fi. j. respon. & in fine l.

SYL. ¶ Si ex pluribus Casus. Ita figurari potest. Quęsitũ est, an portio vnius hẽdum venientium ab intestato deficiens ex causis ĩ tex. † alias allegatis accrescat alteri: & in hoc, quia ẽ regula notissima

† alias & l. 3. añ decesserint q̃ adierint ad &c.

¶ Si ex pluribus[a] legitimis hęredibus quidam omiserint hęreditatem, vel morte, vel alia cã [b] impediti fuerint, quo minꝰ adeant: reliquis, qui adierit, [c] accrescit [d] illorũ portio: † & licet ante decesserit, [e] ad hæredes tamẽ co rum pertinet. [f]

¶ † De successione cognatorum.

¶ Post suos & agnatos vocantur cognati de iure prætorio: qua parte veniunt emancipati agnati, nisi sint frater & soror defuncti, qa veniunt cum agnatis. Are.

ADDIT. (j) Dic ꝙ in hæreditate pars deficiẽs accrescit ẽt inuitis. Fallit primo, si iure speciali deficiat. Itẽ si ope exceptionis. Itẽ si iure diuerso succedat. Item in pluribus partibus prouenientibus ex pluribus hæreditatibus etiam ex eodem testamento, secũdum Ange.

† alias vnde cognati.

modica est rõ dubitãdi. Nam iõ introductum est ius accrescẽdi in hæreditatibus intestatorũ, ne cõtingat pro parte decedẽtem habere hæredẽ, pro parte vacãtem hæreditatem esse; bene poterat dubitari, virũ tale ius ad hẽdes transmitteret: & videbaẽ ꝙ nõ: quia sicut hæreditas nondũ quæsita nõ transmittiẽ, ita nec pars eius. cuius contrariũ decisum est ex eadẽ rõne, quia cũ accrescat ipso iure portioni, videẽ eadẽ portio quęsita: quod patet, quia nõ requiriẽ noua aditio, vt dicitur in gl.]

a¶ Si ex pluribus. Iste §. est communis ad oẽs titulos, quos in hoc tertio libro habuimus, non tantum ad hunc titulum: & de iure accrescẽdi inter legitimos tantum tractat, vt hic, & ff. eo. l. j. §. si nemo. & C. de cad. tol. §. his ita. idẽ etiã est in ijs, qui de iure prętorio succedunt, vt ff. de bon. pos. l. ij. in fi. & l. iiij. & v.

ADDIT. No. ꝙ iste §. est lex. ff. de suis & legit. hæred. & incipit, si ex pluribus.

b¶ Alia cã. vt si defecerit condõ, sub qua instituti erant, vt supra quib. mo. testa. infir. §. posteriore.

c¶ Adierint Sic. ff. de leg. ij cum pater. §. libertis. ibi, cęterum prout.

d¶ Accrescit. Sed pro qua parte? Respon. prout erant instituti, vt C. de cadu. tolled. §. his ita. & supra de vulga.

e¶ Ante decesserint. quam accresceret eis. Vel dic, antequam illi repudiarent: vel antequam adirent illorum portionem: non autem antequam suã partem adirent: immo adiuerant, vt sequitur: alias non transmitterent olim vel hodie, vt C. de caducis tolled. §. in nouissimo. nisi in personis liberorum, vt C. de ijs qui ante aper. tabul. l. prima.

¶ Intellige succedentium ascendentibus, vt ibi.] SYL.

ADDITIO Hoc verum in hæreditate ascendentium ex vtraque linea, non in hæreditate transuersalium vel extraneorum: quia non adita ad posteritatem non transmittitur. Suus transmittit ad quoscunque etiam extraneos. dic vt per Angelum.

f¶ Pertinet. s. augmentum supra dictum vel portio illorum.

¶ De successione cognatorum.

¶ Continuatur per istum textum in principio ad præcedentia. Vel sic & clarius: Supra de successione suorum & agnatorum dictum est: verum quia post illos vocantur cognati, ideo sequitur de successione cognatorum. Porcus. Continuatio

,OPst

POST suos [a] hȩ̄des, eosq; quos inter suos hȩredes Prętor [b] & constitutiones [c] vocant, & post legitimos († quo numero sunt agnati, [d] & ij, [e] quos in locum agnatorũ tam supradicta senatusconsulta, [f] quam nostra erexit cõstitutio [g]) proximos [h] cognatos Prætor vocat: qua parte naturalis cognatio [i] spectatur. Nam angati capite diminuti, quiq; [k] ex his progeniti sunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos nõ habẽtur, [l] sed a Prætore tertio ordin [m] vocatur: exceptis [n] solis tantũmodo fratre & sorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos [o] lex Ana

Diuisio

P Ost suos. Totus iste titulus diuidiẽ in tres partes. Primo, quando cognati admittanẽ, & quo iure. Secu . o, qui sunt cognati. Tertio, vsq; ad quotum gradum cognati & agnati admittunẽ. Secunda ibi (Qua parte.) Tertia ibi (Hoc loco.)

SYL. † alias quorũ ĩ numero.

¶ Casus. Non figuratur: quia ꝓcedit tradendo regulam totam ĩ materia successionum: dubitandi tamen rõ poterat esse duplex. altera, ꝙ agnationis successio fũdata est ĩ nobilitate & dignitate familię. §. cęterum. ĩ. de legi. agn. succ. cognatio autem super iure naturali, & naturali coniunctione: iõ videbaẽ prę ferenda. cuius cõtrarium factum est: quia antiquo iure ẽ magis habitus ille respectus quàm naturę, licet male, vt in l. maximum vitiũ. C. de lib. pręte Alia ratio poterat fundari ex tex. I Auth. de hȩre. ab intesta. §. j. vbi fit ȩqparatio agnationis & cognationis. sed hoc non poterat facere dubitationem in hoc tex. quia non erat cum sit nouissimum, secundum quod corrigitur totus hic titulus. Ideo Doct. sicco pede pertranseunt. Nõ. ordinem successionũ. Item ꝙ fratres, quamuis emancipati, connumerabantur etiã inter agnatos ex l. Anast. Item quòd capitis diminutio tollebat agnationem tanquam vinculum ciuile, & per consequens hæreditatem & successionẽ ex illo capite.]

a ¶ Suos. vt supra de hȩre. quȩ ab intest. §. j.

b ¶ Prętor. vt supra de hȩred. quȩ ab intest. §. emancipati.

c ¶ Constitutiones. vt supra de hȩre. quæ ab intest §. j. ver. necnon. & §. itẽ vetustas. ver. diui.

d ¶ Agnati. vt supra de leg. agn. success. in prin.

e ¶ Et ij. s. qui sunt de numero legitimorum.

f ¶ Senatus consulta, vt supra proxi. duobus tit.

g ¶ Cõstõ. vt s. de leg. agn. succ. §. hoc etiam.

h ¶ Proximos. Scilicet quos nemo cognatus antecedit vel præcedit, siue vnus sit siue plures: & inspicitur quis proximior sit eo tempore, quo bonorum possessio defertur, vt. ff. eodẽ l. prima. §. proximus. & §. gradatim.

i ¶ Cognatio. Nunquid ergo inter seruos datur hȩc bonorum possessio? Respon. etiam si fiat postea liber, non datur, vt ff. eo. l. j. §. pertinet. & l. is qui. Sed nũquid adoptiuis, scilicet quia nõ videtur ibi naturalis causa? Respond. sic: quia quibus agnascitur, & cognascitur, vt ff. eodem l. j §. cognationem. Accur.

ADDIT. Sed hoc non obtinet iure nouo. Vide supra de hȩreditatibꝰ quȩ ab intestato. § at ij versi. post mortem in fi. Io. Fab. & Ang.

K ¶ Quiq; Breue debet esse illud, q̃

l ¶ Non habentur. vt supra titu. j. §. sciendum.

m ¶ Tertio ordine. Nam sunt quatuor ordines succedẽdi, vt ff. si tabulȩ test. nullæ ex l. j.

n ¶ Excepris. Nam isti inter legitimos numerantur.

o ¶ Quos. s. fratres emancipatos & sorores.

Lex

stasiana [a] cum fratribus integri [b] iuris cōstitutis vocat quidē ad legitimā fratris hæreditatem, siue sororis: nō æquis tamē partibus, sed cum aliqua diminutione, [c] quam facile est ex ipsius constōnis verbis colligere. Alijs vero agnati īferioris gradus, licet capitis diminutionē passi nō sunt, tamen antepo nit eos, [d] & procul dubio cognatis. [e]

¶ Transuersales per lineam fœmininam & liberī alterius familia adoptiua existentes, vocantur ex isto ordine. Arc.

¶ Eos etiam, [f] qui per fœminini sexus personas ex trāsuerso cognatione iunguntur, tertio gradu [g] proximitatis nomine Prætor ad successionem vocat.

¶ Liberi [h] quoque, qui ī adoptiua familia sunt, ad naturaliū parentum hæreditatem hoc eodem gradu [i] vocantur.

¶ Vulgo quæsitus nō habet agnationem, sed cognationem: ideo succedit matri & alijs ex sua linea descendentibus isto ordine. Ang.

¶ Vulgo quæsitus nō nullos hēre agnatos manifestū ē: cū agnatio a pr̄e sit, cognatio a matre: hi aūt nullū patrē habere intelliguntur. Eadem ratione nec īter se quidem possunt videri consanguinei esse: quia cōsanguinitatis ius species [k] est agnationis. tantum ergo cognati sunt sibi, [l] si

a ¶ Lex Anastasiana. Quam nō habemus, sed de ea habetur mētio. C. de legi. tu. l. iiij & de leg. hęred. l. fi. §. j. Accursius.

b ¶ Integri iuris. id est non emancipatis.

c ¶ Diminutione. tertię partis forte.

d ¶ Eos. s. fratres emācipatos. Accursius.

e ¶ Cognatis. s. antepo nit: & sic vocantur cum fratribus, & agnatis & cognatis vlterioribus pręferuntur.

SYL. ¶ Eos etiā. Casus In prima parte tex. non figuratur cū notissimum sit ius cognationis in transuersalibus esse: sed in secunda parte dubiū faciebat, q̄a adoptionis vinculum ciuile est: vnde non poterat acquire re ius cognationis, quod naturale est; ideo nō videbatur, quòd efficerentur cognati alicui etiam parenti, quia cognationem facit natura, nō voluntas. Contrarium tamen respondetur: hoc tamen secundum intellectum Ange. qui intelligit hunc text. vt efficiantur cognati etiam patri adoptanti. sed secundum intellec. Christo. qui intelligit vt vocatur scilicet per Vnde cognati ad successionē patris naturalis, prędicta ratio nō obstat sed conuenit quia vinculum ciuile non pōt tollere naturale vinculum inter patrem naturalem & filiū, quamuis transierit in alienam familiā per adoptionem: & ita intelligit glo. in ver. liberi, dum allegat. §. ad monendi. supra de hęredi. quę ab intest.

f ¶ Eos ēt. Non solum agnatos capite minutos vt supra &c.

g ¶ Tertio gradu. Scilicet cognationis.

h ¶ Liberi. vt supra de hęredi. quæ ab intestato §. admonendi.

ADDIT. Hoc hodie immutatum est, vt habetur. C. de adoptioni. l. penult. Angelus.

i ¶ Eodem gradu. Scilicet tertio, puta cognationis.

SYL. ¶ Vulgo. Casus. Non figurat, quia tex. assignat rationem decidendi, & dicit, nullam esse rationem dubitandi, ibi, manifestum est. Notab. collige vt per Angelum.]

K ¶ Species est. Nam agnatio genus est, consanguinitas est illa, quę inter fratres tantum est, vt ff. de suis & legi. l. ij i respon. & supra de leg. agna. succe. §. j.

l ¶ Cognati sunt sibi, sic ff. eodem. l. si spurius.

Agnatio & consanguinitas differunt.

Itaque

a ¶ Itaque omnibus. Inter se & cum matre, vt ff. vnde cog. hac parte.

SYL. ¶ Hoc loco. Casus. Nō figuratur in regula, cuius ratio est maior fauor debitus agnationi & familiæ, q̄ cognationi secūdū i° istud, rō autē exceptionis sobrinorum est pp frequentiā. No. summariū.]

b ¶ Hoc loco. I te §. cōmunis est ad totū istum titulū, & illū s. de le. agn. succ. sic s. ti. tu. j. §. fi.

c ¶ Legitimis. s. agnatis.

p ¶ Proximitatis. i. cognationis.

e ¶ Prætor caute tacet hic de iure ciuili. Nam cognati de iure ciuili non vocantur.

f ¶ Vsque ad sextum. immo vide, q vsque ad quintum tātum vocentur tam agnati q̄ cognati, vt ff. de veter. mi. suc. l. ij §. fi. Sed respon. illa etiam in castrensibus loquitur, hæc in alijs.

SYL. ¶ Hęc solu. communiter tenetur secundum Christ. hic.]

¶ Vel dic, quod ibi erat de facto, scilicet quidam in quinto gradu: & ita factum narrat.

SYL. ¶ Ex verbis huius glo. no. q nō licet sumere argumentū a verbis enūciatiuis legis: quod sæpe accidit, habet in l. ex his. C. de testam. mil. * de quo multa tradit Dec. consi. xiij. col. iiij.]

g ¶ Ex septimo. Subaudi, qui sunt.

h ¶ Natævo. Sed nunquid sunt alij in septimo gradu? Respon. multi & alij esse possunt, vt colligitur infra ti. tu. j. §. vj. Item & quare magis hi vocantur, quam alij in septimo gradu? Respon. quia hi respiciunt inferius lineam transuersalem, alij omnes superius, vt arg. ff vnde lib scripto. in fi.

SYL. ¶ Communis ratio differentiæ est frequentia, vt testatur Ang. hic.]

¶ Sed nūquid corrigitur hodie distinctio huius §. per Auth. de hæred. ab int. § si vero neq;, versi. nullam vero. vbi nulla inter agnatos & cognatos differētia fit? R dixit omnes in infinitum succedere, & sic corrigit qđ hic dr. Nos oēs vsque ad decimum gradum vocamus. non autem trahimus agnatos ad cognatos cum extendere successionē debeamus, id est velimus, vt infra de bono. possessio. §. adhuc.

¶ Hæc gl. communiter approbatur, secundum Doct. hic.]

¶ Argumen. contra. C. de pactis con. l. lege. & in Auth. de nup §. deinceps. collat. quarta. (j) Quod dictum est, patet in authen. in successione. C. de suis & legit.

(j) Solu. ibi maior trahitur ad minorem, quia constat partes in hoc tantum conuenisse, & hoc satis constat de mente legis successionem ampliare volentis. Præterea cum textus hodie vocet cognatos & agnatos, constat eos censeri legitimos, & vt legitimos succedere vsque ad decimum gradum, vt hic, argum. supra eodem in ptinc. Ang.

cut & matri cognati sunt. Itaque[a] oībus istis ex ea parte cōpetit bono. pos. qua ꝓximitatis nomine cognati vocantur.

¶ Agnati vsq; ad decimum gradum, cognati vsq; ad sextū succedunt, incluso filio sobrini & sobrinæ. Ang. Aret.

¶ Hoc loco[b] & illud necessario admonē di sum, agnationis quidē iure admitti aliquē ad hęreditatē, & si decimo gradu sit: siue de lege xij. tabu. q̄ramus, siue de edicto, quo ꝓtor legitimis[c] hęredibus daturum se bo. pos. pollicetur. Proximitatis[d] vero nomine ijs solis Prætor[e] promittit bono. posses. qui vsque ad[f] sextū gradū cognationis sūt, † & ex septimo[g] a sobrino sobrinaq; nato natæve.[h]

Cognati & agnati pariter succedunt hodie vsque ad x. gradū. SYL.

† alias & ex septimo sobrino sobrinaq; nati natave.

Additio

* ADDITIO. Sobrino, sobrinave, idest, eo eave, qui queve ex fratribus, vel sororibus patruelibus, consobrinis, amitinis, natus est, natave.

¶ De gradibus cognationum.

¶ Quoniam in succedendo admittitur qui est proximior in gradu: vt cōprehendatur quoto gradu quis sit, ponitur iste titulus. Ang.

Continuatio.

Hoc loco. ¶ Iste titulus diuiditur ĩ plures partes. Primo cōtinuat materiã. Secūdo incipit dinumerare gradus. Tertio dat unã regulã generalẽ in gradibus ad cognatos. Quarto ponit, quomodo numerẽtur grad⁹ agnatorum. Secunda ibi (Quare in.) Tertia ibi (Hactenus.) Quarta ibi (agnatiõis.)

SYL. ¶ Necessarium est. Casus. Non figurabitur ĩ hoc titulo: quia procedit per viã regulę & declarando terminos. No. triplicem lineam. Item q̃ duę primę a primo gradu, tertia vero trãsuersalium incipit a secundo gradu q̃ gradus primus est respectu trãsuersaliũ.

a ¶ Necessarium Sed quid ad nos de his? Respon. propter hereditates, quę per gradus deferuntur, & tutelas, & propter testimonia non dicenda, vt ff. eod. l. iurisconsultus.

SYL. ¶ Adde, item propter mr̃imonia, pp iudiciũ iniuriarũ ex lege Cornelia, l. ge lex Cornelia. ff. de iniur. quę cōputatio quo ad matrimonia abrogata est: quo vero ad hereditates & tutelas attenditur etiam in terris ecclesię & inter personas ecclesiasticas, secundũ cõem sñiam in l. fi. C. de succes. edic.]

b ¶ Gradus. Quid sit, dic vt infra eodem §. hactenus.

c ¶ Admonendi. Sic ff. eod. l. j.

¶ De gradibus cognationum.

¶ Omnis agnatio ẽ infra, aut supra, aut ex transuerso: & superior & inferior incipit a primo gradu: ex transuerso vero incipit a secũdo gradu.

Hoc loco necessariũ [a] est exponere, quemadmodum gradus [b] cognationis numerentur. Quare in primis admonendi [c] sumus, cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transuerso, [d] quæ etiam [a] latere dicitur. Superior cognatio est parentũ: inferior liberorum. ex transuerso fratrum sororumve & eorum, qui quæve ex his generantur: & conueniẽter patrui, amitæ, auunculi, materteræ. Et superior quidem & inferior cognati a primo gradu incipit: at ea, quæ ex transuerso numeratur, a secundo. [e]

¶ Ponit p̃sonas primi gradus tam ascendendo, quam descendendo.

¶ Primo gradu est supra pater, [f] ma—

d ¶ Aliam ex transuerso. Hæc superflua videtur, vt ff. eodem stemmata. contra. Sol. ibi in directa linea tantũ loquitur, hic in indirecta.

e ¶ A secundo. Sed quare non a primo? Respõ. cum ergo patri meo sim in vno gradu, & ipse pater fratri meo in alio, sumus ergo in duobus gradibus ego cũ fratre facto ascẽsu ad patrem quasi p̃ quẽdam gradũ, vt ff. eo. l. iurisconsultus §. gradus, (i) sed null⁹ ex transuerso proximior fratre inuenitur, ergo non potest inueniri primus gradus a latere, vt hic, & ff eo. l. j. in princ.

Cognatio transuersalis quarenõ incipit á primo gradu.

ADDIT.

(i) In plano enim de iure ciuili non est gradus: & iterum a patre descendis ad filium, & est secundus gradus, de iure autem canoni. non ascenditur ad stipitem, immo per saltus etiam in linea plana fit computatio, vt per Ang.

f ¶ Primo. Pater, mater. Si pater est mihi in primo, & ego sibi in alio primo, ergo sumus in duobus. Respon. Non sequitur, nam sum ei in primo, ita quod in eodem, & inter me & ipsum vnum tantum gradum facimus ad similitudinem fenestrę: nam duę columnę ex lateribus vnam faciunt fenestram, tertia etiam adiecta fiet alia fenestra, & ita in gradu persona adiecta etiam vna deinceps facit gradum, vt infra eod. §. hactenus.

ADDI-

ter: infra filius, [a] filia.

¶ Auus & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in secundo gradu. Aretinus.

¶ Secundo gradu supra auus, auia: infra nepos, neptis: ex transuerso [b] † frater, soror.

¶ Proauus & aliæ personæ hic positæ sunt in tertio gradu cognationis. Ang.

¶ Tertio gradu supra proauus, proauia: infra pronepos, proneptis: ex transuerso [c] fratris sororisque filius, filia: & conuenienter † patruus, amita, auunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui græcè [d] † πατράδελφος appellatur. Auunculus est frater matris, qui græcè † μητράδελφος dicitur. Et vterque promiscuè θεῖος appellatur. Amita est patris soror, quæ græcè πατράδελφη appellatur: matertera vero matris soror, quæ græcè μητράδελφη dicitur: & vtraque promiscuè θεία appellatur.

¶ Qui distat a stipite per tres personas vel gradus, tam in linea ascẽdenti quam descendenti directo, est in quarto gradu: sed in linea transuersali, si distat per duas personas. Angelus Aretinus.

¶ Quarto gradu supra abauus, abauia: infra abnepos, abneptis: ex trãsuerso fratris sororisque † nepos [e] neptisue: & cõueniẽter patruus [f] magnus, amita magna, id est aui frater & soror: item auunculus [g] magnus, & matertera magna, id est auię frater & soror: consobrinus, consobrina, id est qui quæve † ex sororibus aut fratribus procreantur. Sed quidam rectè consobrinos eos propriè dici putant, qui ex duabus sororibus procreantur, quasi cõsorinos: eos vero,

ADDITIO. Nota hanc glossam, quod ad faciendum vnum gradũ primum non sufficit ponere vnam personam: sed duæ personæ primæ faciunt vnum gradũ: quo primo gradu facto ex duabus personis, vnaquæque persona sola quæ postea adiungitur, facit alium gradum ad similitudinẽ fenestræ, quia necessario ad pficiẽdũ vnam fenestram requiruntur duæ columnæ, postea vnaquæque columna superaddita facit aliam fenestram. Ang. No. caute, quod etiam illi, qui sunt ex transuerso, diuiduntur in superiorem & inferiorem lineam: & sic reperies in sequentibus gradibus, & quandoque in parentibus, vt infra eod. §. iiii.

a ¶ Filius, filia. Qui licet multi sint omnes sunt patri in primo, inter se autẽ in secundo, vt ff. eodem lege Iurisconsultus §. trãsea- nius.

b ¶ Secundo gradu. Ex transuerso. nunc de hoc gradu incipit, cum nemo ex hoc ordine ĩ primo gradu inueniatur, vt ff. eod. l. j. in princ.

c ¶ Tertio gradu. Ex transuerso.

d ¶ Græcè. † Patradelphos, vt clare patet ex textu, dicitur frater patris: & mitradelphos frater matris: & vterque põt dici theios. Similiter patradelphi est soror patris, mitradelphi vero soror matris: & vtraq; theia dicitur.

e ¶ Quarto gradu. Nepos. Hoc inferius respicit.

f ¶ Patruus magnus. Hoc refertur ad superiorem lineam transuersalem.

g ¶ Item auunculus magnus. Hic autem constat, quod qui est mei patris patruus, mihi erit magnus patruus: qui meæ matris auunculus e. l, mihi erit magnus auunculus. Sed quid si erat patruus

† alias frater & soror.

† alias patruus & amita, auunculus, & matertera.

† alias πατρῷοι.

† alias μητρῷοι.

† Sunt q tenẽt istã glo. non esse Accur.

† alias nepos, neptis.

† alias ex fratribus progenerant, aut sororibus. Patruus patris est mihi patru' magnus.

patruus matris meę, vel auunculus mei patris? Rñ. so. oēm illū mihi eē patruū vel auūculū magnū, qui est meo p̄ri vel m̄ri simplex vt ff. eo.l. iu riscon. § patruus. & C. de succes e-dic. l. i. Sed Ro. contra. a Quinto gradu filius filia. Isti nominatiui rēgūt superiores genitiuos ab illo versi. itē fratris &c. Et sunt oēs isti ī quinto gradū lineæ collateralis respectu descēdentium. b Propior sobrin⁹. q. d. qui filius dr̄ ꝓpior sobrinus, & q̄ filia dr̄ propior sobrina.

† alias appellāt

ADDIT. Vel dic & forte meli⁹ sensū textus lē esse, q̄ ꝓpior sobrinus & propior sobrina sunt in qnto grada: & q̄ sint tales, declarat tex. subiungens, hi sunt patrui &c. Est

† alias propius sobrin⁹ propius sobrina.

qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patrueles vocari: si autē ex duobus fratribus filiæ nascuntur, sorores patrueles † appellari. At eos, qui ex fratre & sorore progenerantur, amitinos ꝓprie dici putant. Amitæ tuæ filij consobrinum te appellāt, tu illos amitinos.

Atauus, & atnepos, & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in quinto gradu. Angelus.

¶ Quinto gradu supra atauus, atauia: infra atnepos, atneptis ex transuerso fratris sororisque pronepos, proneptis: & cōuenienter propatruus, proamita, id est proaui frater & soror: & proauunculus, & promatertera, id est proauię frater & soror: item fratris patruelis, vel sororis patruelis, consobrini & consobrinæ, amitini & amitinæ filius [a] filia: † propior [b] sobrinus, propior sobrina: hi [c] sunt patrui magni, amitæ magnæ, auūculi magni, matertera magnæ, filius filia.

¶ Tritauus & aliæ personæ hic enumeratæ sunt in sexto gradu. Ang.

¶ Sexto gradu supra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis: ex trāsuerso fratris sororisq; abnepos, abneptis: & cōueniēter abpatruus, abamita, idest abaui frater & soror: abauunculus, abmatertera, idest abauiæ frater & soror: item propatrui, proamitæ, proauunculi, ꝓmaterteræ filius filia: item † propioris sobrini sobrinæve filius, filia: itē sobrini, † sobrinæ, idest qui quæve ex fratribus vel sororibus patruelibus, vel consobrinis, vel amitinis progenerantur.

¶ Vnica persona adiecta alteri persona per carnis propagationem facit gradū, tā in cognatis, quā in agnatis. Aret.

¶ Hactenus ostēdisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerēt̄. Nanque ex his palā est intelligere, quēadmodū vlteriores

.n. ꝓpior sobrinus filius patrui magni vel amitæ magnę & idem dicas de ꝓpiore sobrina, q. s. sit filia &c. vt clare p3 ī arbore. Qui aliter intelligerent, arborem eorum perent.

Glo. male exponit, & tex. seipsum declarat, dū dr̄, hi sunt.]

SYL.

* ADDI. Sobrini sunt q̄ e duobus consobrinis generati eo noīe accepto nascunt̄, atsi alter sine liberis sit, alter habeat, ille huius filijs pro pius sobrino est: sobrini vero mei filius sobrino uatus appellat̄. Vide Ant. Augus. lib. ij. c. iij.

† alias propius sobrino sobrina-ve filius filia.

† alias sobrinę que.

c ¶ Hi sunt. Subaudi, in v. gradu lineæ collateraliū ex parte ascēdētiū .s. filius patrui mei magni. & similiū, de qbus dicit̄ hic, & ff. eod. l. j. in fi. & l. ij.

Ha-

Hactenus. Caius. Non figurat, qa stat in tradōne regulæ: & notāda sunt verba tex. & summarij. Itē q facilius percipiuntur ea, quæ oculis subijciūt, quam quæ auribus.]

a Genera ta psona gradum. Hoc ē verū si vna ab vna, nō si plures ab vna, vt ff. eodem, iurisconsultus. §. transeamus.

quoque gradus numerare debeamus, quippe semper genę rata [a] persona gradū adijcit, [b] vt longe [c] facilius sit respondē

Et sic in linea directa non est dfia, sed sit cōputatio pariter secūdū quod in hoc versu contine: Persona numerata quot sunt a stipite dēpto. i. quot sunt personæ generatæ a stipite, copulatis ēt omnibus intermedijs, & ijs de quorū gradu & cōiūctione quærit, dempto tñ, i. non cōputato stipite. tot sunt gradus, & toto gradu distant ex, de quibus quæritur: q regula de iure ciuili ēt proceditt collateralibus: sed de iure can. procedit solum inter ascēdentes & descendentes.]

SYL. † Et sic in directalinea ascēdentiū & descendentiū non est dfia, qa vtroque iure si personæ, de qbus agitur, distāt equaliter, togradu distāt inter se: si inequaliter, toto gradu distant,

Et hoc est verum ex oī ordine gratuū, secūdū nos. † Sed secundū canones ex latere trāsuersō aliud est: nam quē nos dicimus in secūdo, ipsi dicūt in primo: & quē nos in quarto, ipsi in secūdo, & sic de singulis, vt in decre. xxxv. q v. c. ij. Sed fuit eorū consideratio bona pp matrimonia: † nostra ētiā bona pp hęreditates, quę p gradus deferunt, vt infra de bon. pos. §. adhuc aūt. & ff e. l. iurisconsultus. in prin.

SYL. quoto distat remotior. † Ipsi. n. incipiūt a psona ex qua descendūt illi, de quorū gradu agitur. Sed de iure ciuili incipim' ab

In linea ergo transuersalī secundū can. accipe hāc regulā: quoto gradu alterurer eorū, de quib' qrit, distat a stipite, si ambo equaliter distēt: vel quo to gradu remotior a stipite distat, si distāt inæqualiter, toto gradu inter se distinguūt. Regula aūt scdm ius ciuile est, vt cōputatis ijs, de quibus quæritur, & oībus intermedijs, a quib' ipsi pcedūt, dēpto stipite, quot sunt personę, tot sunt gradus: & ita teneas qa regulę verissimę sunt, & q pręstāt facilē itellectū graduū, & eorū cōputationis.

ADDITIO. Idem in statutis & pactis, vbi de pacto nō agit secūdum Ang. hic. Et nota hāc gl. quę allegatur quotidie. q in concernentibus peccatum præualet ius canonicum ēt in terris Imperij, & econtra in nō cōcernētibus peccarum præualet ius ciuile ēt in terris ecclesiæ, vt per Ang.

vno ex istis de quibus agit, extēdēdo ad stipitem, & ab eo iterum descendendo ad alium: & quoto gradu distat remotior, toto gradu distat inter se, vt hic p doct.

b Adij. it. Hic pōt colligi diffinitio gradus, vt dicatur: Gradus ē numeratio singularū persona rū cognatio ne vel affinitate sibi cōiunctarū, quoto gradu vna persona distat ab altera, optime iudicās. Dictus quasi lapideus gradus, vt ff eo. l. iurisconsultus. §. gradus. Accur.

SYL. motior, toto gradu distāt inter se,

Glo. male loquit, quia numeratio est actus numerādi, non genus. & gradus nō est actus numerādi Item dum ponit verbum, gradus, in diffinitione, cum illud sit diffinitum. Vnde die gradum cognationis, quantitatem esse propinquitatis, qua personæ cognatæ inuicem distinguuntur.]

ADDIT. Gradus secūdum Doct. aliter diffinit. Gradus est distantia vnius psonę ab alia ī linea cōsanguinitatis. Vel est habitudo distātiū psonarum, p qua cognoscit quota agnationis, vel cognationis, seu affinitatis distantia.

c Longe facilius sit. Propter duas rationes: & quia vltra trinepotem vel tritauum vocabula non inueniuntur specialia, sed superiores & inferiores vocantur, vt ff. eo. l. fin. §. parentes. & quia sunt plura negocia quā vocabula, vt ff. de præscrip. verb. l. iiij. Sed vsq; ad quem numerabimus? Respon. vsq; ad septimum cognatorū, & vsque ad q decimum agnatorum, vt ff. eo. l. nō facile & s. tit. j. §. fin. nisi ratione demōstrandi vellemus vlterius numerare. non vtilitatis: licet decretistę hic aliter dicant.

Negocia plura sunt quam vocabula.

ADDITIO. No q decretistæ contrarium dicūt solum in collaterali linea, nō aūt in directa, vt supra dixi. Si vis ergo scire de duob' agnatis quoto gradu distant de iure ciuili, incipe ab vno, & computa ab illo ascendēdo ad personam mediam, ex qua oēs descēdunt, & postea descēde ab illa vsque ad aliam, quā vis cōputare, & apparebit quoto gradu sit. Sed de iure cano-

nico incipias a persona, ex qua descēdunt personę, de quarum gradu agit: verbi gratia vis scire quoto gradu sūt filij duorum fratrum de iure can. incipe ab auo, & fac vnum gradum ad filium, & de filio ad nepotem ex alio fratre, qui similiter est in secundo gradu. Vñ quoto gradu quilibet distat a stipite, tali gradu sunt inter se: remotior autē addit gradum, vt in c. ad sedem, xxxv. q. v. Ang.

re quoto [a] gradu quisque sit, quàm propria cognationis appellatione quenquā denotare.

¶ In gradibus agnationis & cognationis similis est computatio. Et quia facilius ostenditur res ad oculū corporalē quā intellectualē, iō necessariū est hic arborem cōsanguinitatis inscribi Ang. Aret.

¶ Agnationis quoq; gradus codē modo [b] numerantur. Sed cum magis veritas oculata fide, quàm per aures [c] animis hominū infigatur, ideo necessariū duximus post † narrationem graduū eos etiam præsenti libro inscribi: quatenus possint & auribus, & oculorū inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci. [d]

† alias enarrationem.

a ¶ Quoto gradu. f. octauo vel x.

b ¶ Agnationis. Eodem modò, scilicet adiecta persona.


c ¶ Per aures. Vnde Horatius in arte poetica: Segnius irritant animos demissa per aures: Quam quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

d ¶ Adipisci. Vnde quidam habent hic arborem.

ADDITIO. Et in veritate esse debet, cum tex. & gl. illam requirant.

Figura hæc arborea licet ad decimum debet gradum agnatorum protendi, aut saltem vsque ad septimum cognatorum, cum vsq; ad eum per leges deferantur successiones supra de succes. cogn. §. fi. & ff. de grad. l. non facile. eam tamen vsq; ad quartum duntaxat gradū impressori persuasimus extendendam, vt & apliorē posset sedē occupare, & lectoribus quibusque faciliorem suiipsius cognitionem exhibere. Nec id ipsam graduum notitiā quoquo pacto impediet: q enim duorum triū ve computationē agnouerit, illam etiam in centesimum vsque gradū & eo amplius (si opus sit) deducere poterit. Quippe semper generata persona gradum adijcit, vt lōge facilius sit respondere, quoto gradu quisque sit, quam propria cognationis appellatione quenquam denotare, dicit § hactenus, supra eod. plura enim sunt negocia quam vocabula, vt ff. de præscriptis verbis. l. iiij.

Sequitur arbor ciuilis.


IIII Abauus Abauia IIII
IIII Propatruus Proamita V
III Proauus Proauia III
IIII Proauunculus Promatera V
IIII Horum filius filia VI
III Patruus magnus Amita magna
II Auus Aua II
III Auunculus magnus Matera magna
IIII Horum filius filia VI
IIII Horum nepos neptis VII
III Propior sobrinus Propior sobrina V
II Patruus Amita III
I Pater Mater I
II Auunculus Matera III
III Propior sobrinus Propior sobrina V
IIII Horum nepos neptis VII
IIII Horum pronepos proneptis VIII
III Horum filius filia VI
II Frater patruelis Soror patruelis IIII
I Frater II
I Soror II
II Consobrinus Consobrina IIII
III Horum filius filia VI
IIII Horum pronepos proneptis VIII
IIII Horum nepos neptis VII
III Horum filius filia V
II Fratris filius filia III
I Filius Filia I
II Sororis filius filia III
III Horum filius filia V
IIII Horum nepos neptis VII
IIII Horum nepos neptis VI
III Fratris nepos neptis IIII
II Nepos Neptis II
III Sororis nepos neptis IIII
IIII Horum nepos neptis VI
IIII Fratris pronepos proneptis V
III Pronepos Proneptis III
IIII Sororis pronepos proneptis V
IIII Abnepos Abneptis IIII

ARBORIS CIVILIS declaratio peculiaris.

GRADVS, lineæ, & cõsanguinitatis diffinitionib. omissis, sciẽdũ ꝙ numeratio pũctorũ, qui sunt in cellulis, est uumeratio gradnum habito respectu ad cellulã vacuã, a qua oẽs sumũt nomen, exceptis i s qui per genitiuum nominantur. Hanc Io. And. nomine sui bidelli Petrucium vult vocari. Puncta, quę superiora sunt, cõputationẽ iuris canonici denotant: illa autem, quæ inferiorem locum retinent, computationẽ iuris ciuilis exprimũt: quod canonico subesse ipsa graduum situatio declarat. Ex p̃dicta cõputatione, si diligenter inspicitur, apparet ꝙ in ascendentiũ & descendentiũ numeratione ius vtrunq; concordat, quia in eis persona addita personæ per carnis propagationem gradum adi cit.

¶ Vt autem hæc arbor cunctis innotescat, notandę sunt tres regulæ.

¶ Prima. Ascendentium & descendẽtium quot sunt personæ, de quibus q̃ritur, computatis intermedijs vna dẽpta, tot sunt gradus inter eas. Verbi gratia, abauus distat a Petrucio quatuor gradibus, & sic de alijs.

¶ Secunda (secundum ius ciuile, cuius tantum gratia hęc arbor fuit hic impressa) talis est. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, vel sibi attinent, vt P. & pronepos propatrui distant octo gradibus, cum abauum stipitem facis. Nam secundum leges quęlibet persona gradũ facit in collateralibus. Vnde duo fratres duos efficiunt gradus.

¶ Tertia. Collateralium in linea inęquali quot sunt personæ (stipite dempto) tot sunt gradus. Vnde Petrucius distat a propatruo quinque gradibus ab eius filio sex, & sic de alijs.

¶ Non inutile forsitan iudi cabitur, si quid de computationis diuersitate inter ius ciuile & canonicum subiũnxerimus. In legibus ob nihil aliud ipsa graduum mentio facta est, ni si vt hæreditas vel successio ab vna ad alterã personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies cõputatur, vt apte mõstreť vsq; ad quotã generationẽ a cõsanguineo rũ nuptijs sit abstinendũ. Hac ergo de causa, quia hæreditates nequeũt deferri, nisi de vna ad alterã personã, idcirco curauit secularis Imperator in singulis personis singulos p̃ficere gradus. quia vero nuptiæ sine duabus nõ valent fieri personis, ideo sacri canones duas in vno gradu cõstituere personas. Hæc habentur plene c. ij, xxxv. q. v. & ferme per totã illã quæstionẽ. Et hoc idem notat hic Christophorus Porcus in versiculo. Circa primũ. ibi, secunda differentia. & Ioannes And. in declaratione huius arboris.

Multa dies, variusque labos, huiusce parauit
Artis notitiam, quę modo clara patet.

Christophori

¶ Christophori Porcij in arborem & ipsius intelligentiam quęstiones plurimum vtiles.

Pro declaratione iuris canonici & ciuilis, & ẽt intelligẽtia huius materię, & eorum quæ ptinent ad illã quędã videnda sũt. Primo, qualiter fiat dinumeratio graduum de iure ciuili, & de iure canonico secundum vtriusq; iuris rationum diuersitatem. Secundo vsque ad quem gradũ deferunẽ hęreditates & tutelæ: Tertio, usq; ad quem gradum copula matrimonialis impediatur. Quarto, vsq; ad quem gradum possit Papa dispensare.

¶ Circa primũ dicite quòd quo ad lineam ascendentem nulla est differentia inter ius ciuile & ius canonicum. vtroque enim iure pater & mater sũt in primo gradu ascendentiũ. & similiter filius & filia descendentium, & sic supra & infra in infinitum: quia in dinumeratione graduũ in linea ascẽdentium & descendentium vtrunque ius habuit respectum ad stipitem scilicet ad primum parentem. vt hic, cũ glo. xxxv. quæstio. v. ad sedẽ. In linea transuersali inter ius ciuile & ius canonicum duplex est differentia. Prima, quia iure ciuili frater & soror sũt in secundo gradu, iure canonico sunt in primo. Ratio differentię sumitur ex regula iuris ciuilis, quę dicit, quòd vnaquęq; persona adiecta nouũ gradum generat, vt hic in vers. hactenus. vnde cum ego sim in primo gradu patri meo si nascatur mihi frater vel soror, ex generatione huius personæ cã satur nouus gradus, & consequenter appellatur in secundo. Sed iure canonico ideo appellaẽ in primo, quia ius canonicum non cõsiderauit dinumerationem graduũ in linea transuersali habito respectu ad stipitem. i. cõmunem parentẽ: sed considerauit ꝙ duo fratres, duæ sorores, tribuunt initium lineæ transuersali: ideo ĩ primo gradu illius lineæ illos cõstituit. Secunda differẽtia est quia iure ciuili regula traditur, ꝙ ĩ linea transuersali sola persona adiecta facit nouum gradũ vt hic: iure autẽ canonico pro regula traditur, vt ad causandum nouum gradum duę personæ requirãtur d. c. ad sedem. Ratio differentiæ: quia ius canonicũ dinumerat gradus ratione copulę matrimonialis. Vnde cum ad causandũ copulam matrimonialem requiratur cõcursus duarum personarum, ita ad causandum gradum quo ad eam. Sed ius ciuile dinumerauit gradus quo ad hæreditates & tutelas: vnde cum tutela & hæreditas deferatur de vna persona in aliam, nimirum si vnaquęque ꝑsona generat nouũ gradum. Ista fuit ratio posita in d. c. ad sedem. Quo igitur ad inhibendã vel permittendam copulam matrimonialem dinumerabuntur gradus secundum ius canonicum: quo autem ad tutelas & hæreditates deferendas cõnumerabuntur secundum ius ciuile.

¶ Circa secundum dicite, ꝙ vsque ad x. gradum deferunẽ hæreditates & tutelæ. vidistis s. tit. j §. fi. cũ sua glo. & supra de cap. dim. §. fi. & de legi. agn. tu. in tex. & in glo.

¶ Circa tertiũ dicite, quòd olim erat prohibita copula matrimonialis usq; ad septimum gradũ agnationis vel cognationis iclusiue: hodie autẽ est prohibita vsque ad quartũ gradum inclusiue, dinumeratione facta secũdũ ius canonicum. c. nõ debet. extra de consang. & affin. Mrimoniũ vsq; ad quẽ gradum ꝓhibeẽ.

¶ Sed hic dubitatur. Pone, quod vnus sit in quinto gradu transuersalium, alius sit in quarto, an impediatẽ copula matrimonialis? Si inspiciamus personam existentẽ in quarto gradu, illa impeditur: si inspiciamus personã existentem in quinto gradu, permittitur. Dicite quod copula est permittẽda: quia quoto gradu remotior distat a stipite, eodẽ gradu distat a quolibet descẽdente, cap. fin. extra de consang. & affin. Illud tamẽ est palam, ꝙ inter ascendentes & descẽdentes est prohibita copula matrimonialis ĩ infinitũ. Vnde si Adam viueret, vxorẽ habere non

nõ posset. § ergo, & ibi gl. ī. de nnp.

¶ Sed quid de gradu affinitatis? Dicite, ꝙ licet oli ratione affinitatis esset prohibita vsque ad tertium gradũ, vt aliqui dixere, veritas tamẽ hodie est, quod solum prohibetur, quo ad gradum primum, vt no. glo. in c. non debet extra de consang. & affin.

Affinitas an contrahat ex coitu illicito.

¶ Sed nunquid per coniunctionẽ illicitam causatur affinitas? In hoc articulo non parcam in totum verecũdię. Arch. xxxv. q. c extraordinaria. dixit per hanc dissolui matrimoniũ, & in hoc bene: sed nõ causari affinitatẽ ptopterea, quia affinitas est regularitas personarum ex nuptijs descendentium. l. nõ facile. §. affines. ff. de gradi. vbi ergo non sunt nuptiæ, ibi non causatur affinitas. Sed gl. tenuit cõtrariũ in §. affinitatis. ī. de nupt. quę communiter comprobatur per cap. tuæ. & per cap. Iordane. & per cap. discretionẽ. extra de eo qui cogn. consan. vxo. suę. Stat igitur conclusio, ꝙ per illicitam coniunctionem contrahitur affinitas. Sed quid si quis non intrauit claustra vuluæ. in circuitu tamẽ palpitauit, vel seras reserauit, sed opus nõ expleuit, an cõtrahatur affinitas? glo in d. c. extraordinaria. dicit ꝙ non. Item dicit illud, quod non dico. Dicit Innocen. quod ad causandum affinitatẽ requiritur concursus vtriusq; sanguinis: sed tamẽ causa euitãdi peccata, ius canonicum & sancta mater ecclesia in dubio pręsumunt ex copula concursum vtriusq; sanguinis & maris & fœminæ interuenisse c. iuuenis. extra de sponsalibus.

¶ Addite prędictis, quòd si aliquis promiserit alicui illã accipere in vxorem, postmodum habeat copulã cum ea sine alijs verbis, intelligitur validum matrimonium extitisse contractum nec cum alia cõtrahere posset, sed matrimonium postea cõtractum esset dissoluendum. c. is qui fidem. extra de spon.

¶ Circa quartum dicite breuiter, ꝙ in gradu ascendẽtium & descendentium non posset Papa dispẽsare, vt copula matrimonialis contrahatur. Nõ posset enim Papa dispensare, quod filia patri copularetur. Idem in linea transuersali in gradu. j. vnde nõ posset Papa dispensare, quod frater sorori nubat. Item nec in gradu. ij. linea existente inæqualiter. Vnde non posset dispẽsare, quod neptis patruo nuberet vel auunculo. In linea vero æquali bene posset dispensare, vt cõsanguinea consanguineo copularetur. ita cõmuniter concluditur in cap. literas. extra de resti. spo. facit cap. gaudemus. extra de diuor.

Matrimoniũ semel contractum an possit p Papã dissolui.

¶ Sed an Papa posset dispensare, vt matrimonium semel cõtractũ dissoluatur? Dicite breuiter, aut matrimonium fuit per copulam carnalem consummatum. aut non. priore casu non potest, posteriore autem sic: quia primo casu effecti fuere duo i carne vna, secundo vero nõ. Item quia matrimonium consummatum sortitur naturã ex constitutione diuina, cõtra quam Papa nõ potest dispẽsare c. proposuit. extra de cõcess. præb. Sed matrimoniũ non consummatum sortitur naturam ex constitutione ecclesiæ, contra quã Papa bene potest dispẽsare. ista est gl. ord. in cap. ex publico extra de cõuer. coniug.

¶ Sed nũquid maritus & vxor possint se separare? Dicite, aut copula non est subsecuta. & tũc quilibet eorum altero inuito potest separare matrimoniũ per ingressum religionis; secus si copula fuerit subsecuta, nisi vterque cõcordauerit, ꝙ vterque pariter intret religionẽ: vel alter, qui remanet in seculo, sit talis cõditionis & qualitatis, quod nulla suspicio fornicationis sinistra sit contra eum: vt quia sit ætate confectus c. quidam. c. verum. c. vxoratus. c. cum sit præditus. extra de conuer. coniuga.

¶ Cognationis spiritualis studiosissimis quibuscunque, præsertim ecclesiasticis, apta & vtilis materia

CHristophorus Porcus iuris vtriusq; ꝓfessor acutissimus, quia difficultates aliquas circa cognationis spiritualis materiã hic luculẽter tractauit, eius mentem verbis ferme

me non mutatis referre nõ erit absonum, neque a proposito alienum: quę verba talia sunt.

¶ Quæritur primo, an ratione cognationis spiritualis matrimonium impediatur. Circa quem articulum dicite breuiter, quòd inter compatrem & cõmatrem impeditur matrimonium: ac etiam inter patrem spiritualem & filiam susceptam ex sacro fonte: & hoc si ista cognatio spiritualis fuerit causata siue per sanctũ baptisma, siue per sanctũ chrisma xxx.q.iiij.cap. si quis unus.

c ¶ In diem. Aliud si ad diem: nā tūc vsque ad diem teneť, & non post, vt ff. de act. & obl. l. obligari onū fere. §. j. & dic q̄ idem est dicere, ex die, quod in diem, vt d. l. in princ. & hic.

d ¶ Priusquā. Nā cessit, sed nō venit dies quod dic vt ff. de verb. sig. cedere.

e ¶ Non pôt. sic ff. si cer. pet. certu con dictio. in prin. & si petat, repellif per exceptionem, vt ĵ. de except. §. pterea.

pôt. In diem, [a] cum adiecto die, quo pecunia soluat, stipulatio fit: veluti, Decē aureos primis [b] calē dis Martijs dare spō des? Id aūt, qđ ī diē [c] stipulamur, statī q dē debetur: sed peti, priusquā [d] dies venerit, non pôt. [e] At ne eo [f] quidē ipso die, ī quē stipulatio facta est, [g] peti pôt quia to t's dies arbitrio soluētis tribui [h] debet.

¶ Hanc glo. disputatiōe reprobat Fortu. in l. item quia. colū. ix. in princip. ff. de pactis]. SYL.

f ¶ Ne eo quidem ipso. Nisi ab initio sic dicat, Hodie dare spondes? quo casu pura est, vt ff. e. liber hō. §. decem sed si est pura. ergo peti non pôt ante decē dies: ita. n. determinatur verbum, confestim s. eo §. & in d. l. terminať per x. dies.

Confestim deoīs.

ff. eo. liber hō, dicit, q̄ eadē die: ergo male. Sed ibi expressa est dies.

SYL. ¶ Adde glo. veram, quia ī dubio talis adiectio nō vř apposita gratia differēdae solutionis, sed repraesentandę promissionis, aut solutionis accelerandę d. §. decem. secus si aliter de mente cō staret. vt dicit ibi Bar. & seq. doct.]

g ¶ Facta est. s. vt soluatur.

h ¶ Tribui debet Hic no. q. de facto. Iudex statuit terminum peremptoriū partibus ad audiendam sententiā: puta diem Iouis: vna partium non veniē te eadem die, quęro qñ debeat ea sententia ferri: an die statuta, vel sequēti? Et videť q̄ non die statuta: quia, vt in contractibus, tota illa dies videť sua, vt hic. Et pro hoc est. ff. de fer. l. more Romano. per quam legem ēt si media nocte venisset, satis sufficeret, vnde patet, q̄ ea die ferri non debuit. Itē alia ratione, quia post peremptoriū debet eam partem absentē citare iudex, vt ff. de iud. l. & post edictū. & inter vnā citationem & aliam debet esse spatiū decem dierū olim, vt ff. de iudi. l. per interuallum. hodie. xxx. dierum. vt in Auth. de liti. § omnē coll viij & secū dum cōsuetudinem Bonon. vnius diei Vnde patet, q̄ in die peremptorij non debet ferri. Sed in illa. l. post edictum, exponit, debet, id est pôt. Item vř ecōtra, q̄ in die peremptorij debeat iudicari, vt C. qñ prouoc. nō est neces. l. cū non eo die. Item si sit ita prope sero, vt certum sit eā parte amplius nō posse venire, debet iudicare in die perēpto rij,

Snīa die praefixa debet ferri ēt absente altera partium.

rij, vt ff. de verb. oblig. l. cum stipulat° sum mihi a Proculo. & l. liber homo. in fi Et est verior opinio.

SYL. ¶ Adde hoc esse hodie expressum ĩ c. cõsuluit. de offic. deleg. & tenent cõiter doct. in d §. decem. ¶ Sed tamē post vesperas statĩ, vel ĩ ipsis vesperis debet ferri, vt in Authen. de iud. §. sedebunt. colla. vj. sed nec in nocte debet ferri sententia: & ita paulo post excessum vesperarũ debet iudicare. Et ita quidam electi ad quoddam consilium de facto iudicauerunt.

Neque.n. certum est eo die, ĩ quã promissum est, datum [a] nõ esse, priusquã [b] is pręterierit.

¶ Stipulatio annua quoad quis viuet, pura & ppetua est: sed post mortẽ stipulatoris obstat exceptio hæredi. Aret.

¶ At si ita stipuleris, Decem aureos annuos, [c] quoad

SYL. ¶ Adde q ita cõiter tenetur in d. c. cõsuluit. & in d. §. decem. nisi accendãt tria luminaria, secũdum Bart. in l. nõ minorem. C. de trãsac. vbi quid in interlocutoria, de qua Ang. hic etiam, q ferri potest de nocte.]

a ¶ Datum non esse. i. non est hoc verum incommutabiliter.

b ¶ Priusquam. vt ff eo. quicquid. §. fina. & de pigno. actio. si necessarias. §. si annua.

SYL. ¶ At si ita stipuleris. Casus. Proponebatur stipulationem hoc modo cõtractam: Promitto x. annua quoad viuã. quærebaẽ, an talis obligatio pura esset, & ad hęredẽ trãsiret: & videbaẽ cõ dõnalis vltra primũ annũ, sicut & sũt legata l. in singulos. ff. de ann. lega. & q ad hęredẽ nõ trãsiret, vt ibi dicitur. cõtrarium tñ decidiẽ ea rõne, quia ex quo limitauimus ad tps vitę, non põt vlterius peti: quia ita censetur tacite conuentum ne post tps petatur. transmittiẽ ergo obligatio, quia tẽpus non est modus tollẽdę obligationis. l. obligationũ fere. §. placet. ff. de action. & oblig. sed datur exceptio ex tacita cõuẽtione, vt dixi. quare aũt secus sit in legato, uidebim° in glo. No. q stipulatio annua pura est, q a tẽpus apponiẽ gratia multiplicãdæ obligationis. Itẽ q licet stipulatio annua limiteẽ tpe uitę stipulatoris, tñ ipso iure est perpetua, & trãsit ad hæredes. Itẽ q obligatio non põt lim itari tpe. Item q quis ipso iure transeat ad hęredes, tamen de æquitate datur exceptio.]

c ¶ Annuos. aliud si dixerit, singulis annis. Nam primo casu in initio cuiuscunq; anni, secũdo in fine cõmittitur stipulatio: quia sic est in legato sic relicto, vt C. qñ dies legа. ced. l. j. & ff qñ dies leg. ce. l. necesse mel. unde uersus. Annua si debes tũc respicies caput anni. Anno si debes, in fine teneberis anni. ut dices ĩfra de inuti. stipu. §. qui hoc anno. & ff. eod. l. qui hoc anno.

Promitto. x. aureos annuos, & singulis annis, differũt

¶ Ratio est, quia in primo casu tẽpus non apponiẽ gratia solutionis differẽdę, sed ad multiplicãdã obligationẽ. ĩ secũdo uero tps apponiẽ gratia differẽdę solutionis. Excipe in a primo casu relictũ respectu certę necessitatis, d. l. nec semel §. si in habitationẽ: Itẽ relictum fructuum uel pecunię ex fructibus percipiendis. l. Firmio. §. pater. ff. quando dies leg. ced.]

SYL. ¶ Sed nunquid est una stipulatio, uel plures? Rñ. una est, ut ff. eo. si Stichum. §. j (i) licet legata sic relicta sint plura, ut ff. de dona. cau. mor. l. senatus. §. fin. Sed q̃ est ratio? Rñ. q a semel in stipulatione inspiciẽ cõdo stipulantis: ut si sit fili°, aequat patri: & una est actio, ut ff. eo. si filius. sed in legatis pluries cõsideratẽ. s. singulis annis, cum singulis annis cedat dies legati, & plures sint actiones, ut ff. de ann. leg. l. cũ in annos. & qñ dies leg. ced. l. cũ in annos. Sed M. dicebat hãc esse differentiã, quia in stipulatione est una uerborũ conceptio, sed quantũ ad rei uerita tẽ plures sunt, sicut legata, & facit ꝑ eo. ff. eo. pluribus. § i. S ed ibi certe pec alia uerba fuit facta. s. ꝑ hęc, annua bima trima die. uel die, quod ibi quorũdam sententia recitatur. Nec obstat q una est cõceptio, nã & in legato una est conceptio.

SYL. ¶ Adde, q rõnes dřię assignatę in gl. sunt potius illationes: vnitas.n.actionis est effectus unitatis stipulationis, non rõ. Vñ ab alijs assignaẽ rõ, q cũ stipulatio pẽdeat a cõsensu duorum, est firmior, & nõ ita multiplicabilis sicut legatũ: sicut videmus debilius legatũ, qđ efficiẽ caducum per mortẽ legatarij: qđ nõ est in stipulatione.

viuã,[a] dare spõdes? & pure [b] facta obligatio intelligitur, & perpetuatur: [c] qa ad tps non põt deberi: sę hæredes petendo, pacti exceptiõe sum mouebitur.

Vel quia legata dãẽ ob benemerita. h nec adiecit. ff. pro soc. & regulamur a mente testãtis: q vr esse, vt his hẽat do nec viuit, & nõ vltra: & iõ subest cõditio, si viuat: secus in stipulationib⁹, vbi non merita, sed sonus verborũ attendiẽ. l. qcquid astringẽdę. ff. de ver. obl. vel quia in legatis ĩ dubio fit ĩter pretatio pro hęrede contra legatariũ, tn stipulatione cõtra promissorẽ. l. veteribus. ff. de pac.* Alc. aũt lib. Parad. j. cap. xv. ait, ĩ stipulatione q maxime verba operari, in legatis voluntatẽ & præstationes: quo circa cũ stipulationis verba ita cõcepta sint, vt vnum dictum unã ve formã comprehendant, merito vna est stipulatio: in legatis vero non verba, sed præstationes, q pluri mę sunt, & volũtas, quę multas datio nes ordinauit, considerantur.]

a ¶ Quoad viuam. i. donec viuam.

b ¶ Pure facta. s. rõne primi anni, sed rõne sequentiũ est in diẽ quo ad q d, quia ante annũ non debeẽ: & condõnalis quo ad aliud: nã alias non debetur nisi viuam, arg. ff. e. l. hoc iure. & l. in illa. Vel dic, q est pura abnegatiue. i. non conditionalis.

SYL. ¶ Adde q glo. est falsa, qa si illa verba facerent condõnem, sequeretur, q obligatio, qua post mortẽ stipulatoris tenet promissor ipso iure hæredi, nõ posset nasci. est ergo cõdõnalis inspecto effectu propter equitatem pacti.]

c ¶ Perpetuaẽ. i. donec viuat. sic ff. pro soc. l. j. secundũ quosdam. immo dic p oĩa secula ẽt post mortem: nã tpe non tollit obligatio, ipso. s. iure, (.) vt sequitur, & ff. de act. & obl l. obligationum fere. §. placet. & ff de serui. seruitutes, sed per exceptionem, vt sequiẽ, sed hæ res petẽdo &c. & ff. de act. & obli. l. obligationum fere. §. placet. & ff. de serui. l. seruitutes.

¶ Stipulatio collata in aliquẽ futurũ euẽtum incertũ est cõditionalis. Arc.

¶ Sub cõdõne stipulatio sit, cũ in [d] aliquẽ casũ differtur [e] obligatio: vt si ali-

ADDI. (j) Nisi expresse vel tacite ex stipulantis paupertate pro alimẽtis deducta censerenẽ: & ita secundũ Bar. põt saluari gl. in l. Stichũ. §. hmõi ff. eo. licet sit magna diuinatio. Vel dic, q quoties agiẽ de multiplicãda obligatione, infinitas est euitanda, vt l. fideicommissa. §. si decem. ff. de leg. iij Ang.

SYL. ¶ Sub cõdõne. Casus. Non figurabiẽ nisi literaliter, qa est declaratio notissimi termini, in quo nulla est difficultas. No. q in stipulatione cõdõnali ob ligationis natiuitas differẽ in euentũ condõnis. Item q stipulatio condõnalis est illa, quæ differt in aliquẽ casum futurum vel non futurum. & quod fit per coniunctionem, si]

d ¶ In aliquẽ casum. i. in aliquã fortunam inopinatã, vt possit se haberẽ ad esse & non esse, quod in futuris tñ est, vt infra eo. § conditiones.

* ADDITIO. In tex. committaẽ stipulatio, dic committi stipulatio nẽ dici, cum quid cõmissum est, quã obrem quod stipulatũ est debeaẽ. Sic diciẽ commissa mulcta, pœna, hẽditas cõdẽnatio, deuotio, lex bona, iudiciũ de quibus oĩbus vide Fran. Hotomã. in §. sed hęc quidem. infra de actio.

e ¶ Differtur obligatio. Nam ante euentum cõditionis obligatio cessat, vt ff. si certum peta. l. non omnis & sic ea pendente non est debitor, sicut nec hæres sub conditione institutus interim est hæres, vt ff. famil. erciscun. l. si maritus.

SYL. ¶ Adde, q nec pure istitutus dicitur hęres ante aditã. l. hęres qñque. ff. de acquir. hęred.

Arg.

quid factum fuerit, vel nō fuerit, cōmittatᷣ stipulatio. veluti, si Titius Consul fuerit fact⁹, quinq; aureos dare spondes? ¶ Condō negatiua implet morte.h.d. ¶ Si quis ita stipuletur, Si[a] in Capitoliū non ascendero, dare spondes?[b] perinde erit, ac si stipulatus esset, cum † morietur,[c] sibi dari. ¶ Stipulatio conditionalis transmitti ad hæredes. Aret. ¶ Ex conditionali stipulatione tātum spes[d] est debitū iri, eamq; ipsam spem in hæredē † transmittimus,[e] si priusquā cōditio extet, mors nobis contigerit.[f]

¶ Arg. contra. C. de consti. pe. l. ij. in eo quod dicit cōdōnale debitū posse cōstitui: quod non posset, nisi esset debitum, vt ff. de const. pe. l. j. Sed dic, q suf ficit debitū spe. Itē nec illud interim debetᷣ, vt ff. de const. pe. id quod. Itē arg contra. ff. ex quibus cau. in poss. ea. l. in possessione. & ff. de verb. sign. l. creditores. Sed rōe spei creditores dicuntᷣ, vt j. eo. §. ex condōnali.

ADDIT. Creditor proprie qs dicatur. Impropriè tñ proprie aūt creditor est, qui fidē alterius credēdo secutus est: & ita intelligitᷣ statutū de eo, qui credidit, faciens mētionem: secus si de creditore simpliciter: quia intelligitᷣ quomodocunque aliū habeat obligatum, dummodo non in diem vel sub conditione. Ang.

SYL. ¶ Si quis ita. Casus. Quærebatᷣ, si promissum sit, si nō ascenderis Capitoliū: qñ hęc cōditio verificaretᷣ: & videbatᷣ q in vita, q̃ primum ascendere potuit & nō ascendit, quia uᷣ eius animi esse cuius contrariū rñdetᷣ, quia cum sit in ptāte mea quotidie ascendere, nō pñt verba stipulationis verificari nisi secuta morte: & ideo est, ac si pmissum esset, cum morieris. No. summarium.]

a ¶ Si in Capitoliū nō ascendero. supra posuit in affirmatiua condōne & negatiua, nunc in negatiua tantum.

b ¶ Dare spondes. s. v. aureos, vel aliquid aliud.

c ¶ Cum morietur. Similes sunt istæ duę stipulationes ī hoc, quia mortuo stipulante in vtroq; casu cōmittitᷣ, vt hr̄des agant: nā pōt obligatio ab hr̄ de sic incipere, vt C. vt act. ab hær. & contra hær. l. j. dissimiles ī hoc, quia prima conditionalis, secunda in diē, quē diē certum est euenire, vt ff. de cond. inde. nam si. l. licet nesciam⁹ quādo, vt ff. de cond. & demon. l. j. & in Auth. de nupt. §. deinceps. coll. iiij.

SYL. ¶ Adde, q non est intelligēda in diē vt s. eo. §. omnis. sed in diem incertū quia alias diceretᷣ nata obligatio & actio: quod est falsum l. dies Icertus. ff. de condi. & demon.

† alias moreretur.

¶ Ex conditionali. Casus. Quærebatur, an stipulatio cōditionalis pręmoriente stipulatore ante conditionis euētum transiret ad hęredes: & videbatur q nō, quia cum ante euentum condōnis non sit nata nec obligatio, nec actio, non videtur posse in alium transferri quod quis non habet. lege nemo plus iuris. ff. de reg. iuris maxime cum hoc videamus in legatis, vt præmoriente legatario non transmittatᷣ spes legati cōditionalis. lege prima. §. fin autē sub conditione. C. de cadu. tollen. contrarium deciditᷣ ex ratione posita in glo. in ver. contigerit. quæ communiter approbatur, quamuis & aliæ assignentur. No. q spes futuri debiti ex contractu conditionali transmittitur ad hæredes.]

† Sic e conuerso, si promissor pēdēte cōdōne moriatᷣ eius hr̄s remanet obligatur l. si qs si Titius. ff. eo.

d ¶ Spes est. non autem cessit vel venit dies: sed in pura statim cedit & venit ff. de verb. sign. cedere. sed in illa, quę est in diem, statim cedit dies legati, sed non venit supra eo. §. in diem.

Diē cedere, & venire differūt.

e ¶ Transmittimus. Sic. C. de his qui ante apertas tabulas. l. j.

f ¶ Contigerit. Sed quare legatarius conditionalis legati spem ad hæredē nō transmittit, ut C. de cad. toll. §. fin aūt? Rñ. in stipulatione interuenit factū stipulantis volentis sibi prospicere, & sic hęredi, vt ff. de prob. l. si pactū quod nō est in legatario, cuius nullū factū interuenit: & eodē modo rñde in hæreditate conditionali.

Legatarius cōdōnalis legati spē non trāsmittit.

Circa

¶ Locus ſolōni adiectus afficit ſtipulationem in illā diē, qua vt: ſimiliter poſſit ad locum perueniri: & impoſſibilitas vitiat ſtipulationem. Ang. Aret.

¶ Loca [a] ēt inſeri ſtipulationi ſolēt: veluti † Carthagini ea re ſpōdes? q̄ ſtipulatio licet purè fieri videatur, tamen re ipſa habet tēps [b] adiectum, quo promiſſor vtaī ad pecuniā Carthagini dandam. Et iō ſi quis Romę ita ſtipuletur, Hodie Carthagini dare ſpondes? inutilis erit ſtipulatio, cum impoſſibilis [c] ſit repromiſſio.

† alias Carthagine.

¶ Conditio de prӕterito, vel de pręſenti, nō ſuſpendit obligationem. Aret.

¶ Conditiones, quӕ ad pręſens vel pręteritum tēps referūtur, aut ſtatim infirmant obligationē, aut omnino nō differūt: veluti, Si Titius Conſul [d] fuit: vel, Si Mevius viuit dare ſpondes? Nā ſi ea ita non ſunt, nihil valet ſtipulatio: ſin autē ita ſe habent, ſtatim vt. Quӕ enim per rerū naturā [e] ſunt certa,

† ¶ Circa hanc rōnem vide Dec. in l. j. col. vi. C. de pact. nu. xix.] SYL.

¶ Loca etiam inſeri. Caſus. Quia ex pura ſtipulatione ſtatim agi poteſt. §. omnis. ſupra eo. dubitabaī, an ſi in pura ſtipulatione ſit adiectus locus, quo dari prӕſtative quid debeāt, per hoc īpediaī natiuitas obligationis & actionis. & videbatur ꝙ non, quia (vt dicit h tex.) pura ē: dicit tñ contrariū ratione aſſignata in tex. nō. n. eſt veriſimile contrahētes voluiſſe impoſſibile. l. non ſolum. de actio. & obli. iō coniectura ſit, ꝙ voluerunt ineſſe tacite tēpus, quo ad locū perueniri poſſit. Et hinc eſt, ꝙ ſi promiſi dare hodie Carthagini, quia mens apparet, vitiatur ratione impoſſibilitatis. No ſumma.]

a ¶ a Loca etiam. Non ſolum conditio vel dies.

b ¶ Tempus. Quod bonus iudex arbitratur: quod dic vt ff. eo continuus. §. cum ita.

ADDIT. No. ꝙ licet in actibus iudiciarijs tēps itinerādi ſit ſtatutum certū vt xx. milliarium ſingulo die, vt l. j ff. ſi quis cau. & dic vt ibi per Bart. & doct. tñ in contractibus non eſt determinatum, ſed totum reſidet ī pectore iudicis: qui multa debet cōſiderare, & locum, & periculum, & qualitatē perſonӕ, vt l. continuus. §. j. & ibi vide Bar. & Im. ff eo Ang.

c ¶ Impoſſibilis. Ratione enim impoſſibilitatis ſtipulatio vitiatur, vt infra de inut. ſtip § ſi impoſſibilis, niſi vterq; haberet ibi procuratorem, & egiſſet quilibet cū ſuo, vt eadē die fieret ſolutio, vt ff. eo. l. fi. §. ſi inter eos.

¶ Adde hoc nō procedere in contractibus bonӕ fidei, vel ēt ſtricti iuris habentibus nām bonę fidei l. inſulā §. j. ff loca. l. ſi mihi & tibi. §. ſi quis ſeruos. ff. de leg. j. SYL.

¶ Conditiones. Caſus. Non figuratur in notiſſima regula: niſi rōne dubitādi dicas eſſe ignorantiam noſtrā, quӕ videtur ſuſpendere quouſq; ſciatur: quod tamen eſt falſum, quia cōditio refertur ad veritatem rei, quę licet incerta nobis ſit legi tamē eſt certa. No. quod conditio de pręſenti vel de pręterito falſa ſtatim infirmat obligationem, ſicut vera facit ſtatim ſtipulationem validam. Itē no. quòd certa in contractibus nō ſuſpendunt obligationem, dummodo ſint certa in rerum natura.] SYL.

d ¶ Conſul fuit. ſic. ff ſi cer. pet. itaq;. & l. cum ad prӕſens tempus. ꝓpatet ēt in l. conditio. ff de verb. obl.

e ¶ Naturam. Ergo nec futura morātur obligationē: nā ēt illa per rerū naturam certa ſunt, vt ff. de iudi. ſed & ſi rem meam. § ſi. cōtra. ſed dic ꝙ aliud eſt eſſe certū per rerū naturā. i. ꝑ naturalē curſum naturӕ, per quā ſola pręterita & pſentia ſūt certa: & ita hic accipitur. Et ēt illa futura certa ſunt, quę nō habent Natura eſt duplex.

habent se ad vtrũlibet: vt si moriar:nã & hæc nõ moranť obligationem,vt ff. de cõdi.inde.nam si.& l.præce. & seq. & ff.de noua.si pupillus.§. qui sub cõditione. (j)

SYL. ¶ Adde, q gl. est falsa. quia I diem incertum suspẽdit.l.dies incertus. de condi.& demõ. & l. qđcunq; §. fin. ff.eo. quãuis videretur di cendũ, q pmittendo, si moriar, ista sit pura, qa certũ est me moriturum: promittẽdo cũ moriar, suspẽdať obligatio, quia videť facta adiectio causæ differẽdę solutionis.]

¶ Et aliud est in natura rerũ i.in sciẽtia Dei,ĩ qua oĩa, quę sunt, vel fuerũt vel futura sunt (teste Boethio) tanquã præsentia sunt. Itẽ & alias sunt mille anni ante oculos eius tãquam hesterna dies,quæ præterijt:& dr prima,natura naturata:sed secũda,natura natu rans,quod idem est, quod ipse Deus.

SYL. ¶ Adde,q hanc gl. disputatiue reprobat Fortu.in l.iurisgen.§.& ideo. xvj. col.ff.de pact.]

ADDIT. (j) No. ex gl. conditiones in futurũ collatas, quę necessariã habent existentiam, non differre obligationem:quod verum limita,si proferatur per tale quid,quod tempus signi ficat:promitto cum morieris § i ta,aũt. infra de inur. stip. Christo.

*ADDIT. Per naturã certum est aliqđ dupliciter,ex causa scilicet, & ex re ipsa:ex cã puta,si mater vterũ gerat: qm nõ concepti nasci non pñt:re vero ipsa certum est quod nunc agat Rex, licet mihi ignotũ sit illa notitia de futuris est l. sed et.§. ff. vbi quis ag. vel con.hęc de præsentibus tñ.de qua hic agitur. Aemil.Fer.

a ¶ Non morantur. Id est non suspẽdunt siue differunt. Accur.

b ¶ Incerta sint.ff.de reg. iur.l.in totum.cõtra.Sol.illa loquitur in ijs, vbi præsens solennitas exigitur: vt vij.testes in testõ,vt supra de restam § j Vel loquitur in illis casibus, vbi certa sciẽtia & intellectus de pręsenti exigitur in contractibus pu ris, vt C. de do. necigno rans.hic aũt in conditionali.

SYL. ¶ Vltima verior,& patet ex verbis. l. in totum.

nõ moranť[a] obligationem, licet apud nos incerta[b] sint.

¶ Et ã facta possunt in stipulatione dedu ci in quibus vtile est adijcere pœnam; ne alias stipulator hẽat probare interesse. Arct.

Non solum[c] res in stipulatũ deduci possunt,sed et facta: vt si stipulemur aliquid fieri vel nõ fieri: & ĩ hmõi stipulationib[9] optimũ erit pœnã[d] subijcere,nẽ qũtitas[e] stipulõnis in ĩcerto sit, ac necesse sit actori pbare[f] qđ eius intersit. Itaq; si qs,vt fiat,aliquid stipuleť, ita adijci pœna debet: Si ita factũ nõ erit,tũc pœnę no mine decem aureos dare spondes? Sed

¶ Nõ solũ. Casus. In notissima regula nõ poniť nisi literaliter.Hoc tñ vnum aduertendum putaui, q ideo pœna non apponitur in stipulatione rerum, quia ad ea pręstãda cogiť præcise promissor: quod cũ non sit in stipulatione facti vel nõ facti, vtile consilium est apponere. No. ẽt facta in stipulationem deduci, & dicẽť facta etiam non facta. Item q vtile est in his stipulationib[9] subijcere pęnã, ratio assignatur hic, & alia ponitur in l.fi.de pręto. stipul.Item quod peteuti interesse incumbit onus probãdi quãtitatem certam.]

c ¶ Non solum. De stipulationibus, quę in dãdo consistunt, hucusque diximus,nunc de ijs,quę in facto consistunt. Accur.

d ¶ Pœnam subijcere. Sic ẽ cõsilium simile.ff.de præto. stip l.fi.

e ¶ Quantitas.ff.de arb.l.nõ aũt,con tra Sol.nõ interest quo ad hoc, vt valeat cõpromissum, interest tñ quo ad vtilitatem stipulationis.

f ¶ Probare sed quomodo interesse probatur? Respond per testes, vt hic innuitur, & C.de senten quæ pro eo.l. prima.§ primo nisi petatur ex dolo alterius, tunc per solum sacramentũ, vt ff.quod vi aut clam.l.semper. § ĩ hoc inter-

infr. de interdicto. & §. seq. & C. vnde vi. l. si qñ & C. de iure do. impe. l. j.

a ¶ Quædam fieri. Puta ire Romam.

b ¶ Quædam non fieri. puta per Flor. non ire.

c ¶ Clausula. s. pœnalis. Acc.

d ¶ Factum erit. Hoc redditur secundo dicto.

SYL. ¶ Adde, quod si voluisset singula singulis † referre nõ præposterasset. Vñ dicas vtranuis conceptionẽ dẽre ad vtrũq; referri, ita vt vna quæuis earũ sufficerat in pœnali stipulatione subiecta stipulationi vtriusq; s. facti & non facti, licet ẽt ambę conceptiones subijci possent.]

† alias deest ita

si quædã [a] fieri, quædam non [b] fieri vna eadẽque cõceptione stipuletur quis, clausula [c] erit hmõi adijciẽda. Si aduersus ca factũ erit, [d] siue quid † ita factũ [e] non fuerit, tunc pœnę nomine decem aureos dare spondes?

¶ De duobus reis stipulãdi & ꝓmittẽdi.

¶ Duo rei stipulãdi sunt, quando separatim interrogãt debitorem, & ipse simul vtrique respõdet. Angel. Aret.

Et stipulandi [f] & promittẽdi duo pluresve rei fieri possunt. Stipulãdi ita, si post oĩum interrogationẽ promissor respondeat, Spõdeo, [g] vt puta cũ duobus se

e ¶ Factũ nõ fuerit. Hoc refert ad primũ. Et si ex vno capite sit pœna cõmissa, nõ committet plus, vt ff. de arb. l. si duo. §. fin. nisi hoc actũ sit, vt pluries committat, vt ff. de transac. qui fidem. ADDIT. Itẽ nisi sit apposita super facto iterabili vel continẽte plura capitula, si rõne interesse petat secundũ Ioan. Fab. hic. Et nota, quod iurm̃ de non contraueniẽdo habet vim istius clausulæ. Item facit, vt actus valeat eo meliori modo, quo potest. Ang.

Continuatio. ¶ De duobus reis stipulãdi & promittendi. ¶ Quia in stipulationſt, de qua dictũ est. s. tit. j. plures personę interueniunt qñque, quarum quædam dicunt rei stipulandi, aliæ rei promittendi, õdicit de duobus reis stipulandi ac promittendi. Accur.

* ADDIT. Rei aũt sunt, quorũ de re agit in iudicio. Cice. lib. de Orat. ij. Reos appello non eos modos qui arguũtur, sed omnes quorum de re disceptat, & paulo post, Reos appello, quorum res est.

Et stipulãdi. ¶ Totus iste titulus diuidit in quatuor partes. Primo ponit de duob' reis stipulãdi qualiter fiãt. Secundo, de duobus reis promittẽdi. Tertio ponit effectus ipsius obligationis plurium reorũ. Quarto redit ad duos reos ꝓmittẽdi. Secũda ibi. §. (Duo pluresue.) Tertia ibi (Ex huiusmodi.) Quarta ibi (Ex duob'.) Diuisio.

SYL. ¶ Et stipulãdi. Casus. In declaratione terminorũ nõ figurat nisi literaliter, & Imper. ipse literaliter format casum exẽplificãdo, verba enim & modus cõstituendi est clarus. No. quod in cõstõne plurium reorum stipulãdi debet præcedere oĩum interrogatio & sequi ꝓmissoris rñsio una omnib'. Itẽ quod duo stipulatores, quibus separatim promissor distinctis actibus promittendi respondet, non sunt duo rei stipulandi, quæ intellige in dubio.]

f ¶ Et stipulandi. Hic dicit reus stipulandi ille, qui rem aliquã, vt pecuniã, stipulat, a re, nõ a reatu dictus. Et ecõtra reus promittẽdi, qui aliquam rem promittit, vt ff. eo. l. j. alias reus tm̃ debitor dicitur, vt patet C. de iur. calũ l. ij. alias dr reus q conuenitur, vt C. de iud. l. properãdum. §. & si quidem. & dic, vt ff. eo. l. j. Põt dici & alio respectu reus stipulandi & promittendi, vt dicitur in glo. Accur. Reus stipulandi. Reus ꝓmittẽdi.

g ¶ Spondeo. Hoc adiecto vt sint duo rei insolidum, ẽt iure veteri. vt ff. eo. l. reos §. fi. & §. cum in tabulis.

SYL. ¶ Adde, vel si aliter constat cõtrahẽtes voluisse facere duos reos, qa erũt nihilominus, vt patet ex cõmuni opin.

post

post Barto. in l. ij. ff. eodem in j. & ij. questione.]

Reorũ debendi vel credēdi cõstõ, an p interual lum impediat.

a Spondeat. Ex interuallo, puta si diu etterũt ad alios actus extraneos, vt ff. eo. l. duos. §. si. alias si nõ est extra neus actus, ret. d. l. ei, qd modo dixeratibi, nam si prius. & quod dicitur ff. eod. l. iij. Accursius.

SYL. Dic q magnum interuallum nedum vitiat constitutionem duorũ reorum, sed impedit rñdentem obligari. l. si ex duobus, in princip. vbi Bart. ff. eod. Hoc si intercedat iter in terrogationē & responsio nem: secus si inter vnam obligationem perfectam & aliam, & constet de voluntate. l. iij in princ. ff. eod. secus in modico tempore non interueniente. actu extrinseco. Longum autem aut breue spatium taxan dum est arbitrio iudicis, vt no. in l. cõtinuus. ff de verb. oblig.]

paratim stipulãtib' ita pmissor rñdeat, Vtriq; vestrum dare spõdeo. Nã si prius Titio spoponderit, deinde alio interro gãti spõdeat, a alia atq; alia erit obligõ, nec credũtur b duo rei stipulandi esse.

Si duo promittãt eidē eãdē pecuniã, efficiunt duo rei pmittendi. Ang.

Duo pluresve rei promittẽdi ita fiũt: Meui, decē aureos dare spõdes? & Sei, eosdem decē aureos dare spõdes? si respõ deant singuli sepa-

ratim, Spondeo. c

Nam doorũ reorum est, vt quilibet teneatur insolidum: sed vnius solutione & receptione tol litur obligatio vtriusque. Aretinus.

Ex huiõi obligationibus d & stipulationibus solidũ singulis debetur: & pmittentes singuli in solidum tenētur. In vtraq; e tñ obligatione vna res vertitur: & vel alter f debitũ accipiẽdo, vel alter g soluendo, oĩum perimit h obligationē, & oēs liberat. i

quis q solutio vel receptio vnius alios liberat, vt infert Iurisconf. in l. ij ff. eo. Notabilia clara sunt: q duo rei debēt vel eis debetur insolidũ: & q solutio vel receptio vnius liberat omnes.]

d Obligationib'. Hoc refertur ad reos pmittēdi, & qd sequitur, & stipulationibus, ad reos stipulandi, vt probatur infra statim.

e In vtraque. i. vtriusque obligatione: nam vna est quo ad vnũ effectũ, vt ff. eo l. iij in fi. sed plures sunt, qa plures tenenī, vt hic.

Obligatio eadē potest esse vna & plures.

SYL. Dic plures etiam distinctę essentialiter. l. eandem, in fi. ff. eodem.]

b Nec creduntur duo rei. s. vt vna sit obligatio, & vnius rei, sed sunt creditores duo, & diuersarum rerum, vt infra eod. §. ex huiusmodi.

SYL. Duo pluresve. Casus. Similiter nõ ponitur, quia tex. exemplificat. Nota qualiter constituantur duo pluresve rei promittendi.]

c Spondeo. Hoc acto vt fiant duo rei, & insolidum, vt ff. eo. reos. § fi.

SYL. Ex hmõi. Casus. Figurare non expedit, cũ regula clara sit. Statim enim q tenentur insolidũ, vel habēt obligatos insolidum plures reos debēdi, se-

f Alter. s. reorum stipulandi.

g Alter. s. reorum promittendi.

h Perimit obligõnē. Ille q accipit.

i Liberat. ille qui soluit. Similis lectio seu implicatio verborũ est. ff. de arb. l. si duo. Vel dic, q quilibet istorũ referēt ad vtrũq; supradictũ. Et pñt fieri in stipulatione duo rei, & ĩ quolibet genere obligandi, vt ff. eo. l. eandem.

Intellige, dummodo constet contrahentes id agere velle.]

SYL. Ex duobus. Casus. Fuit dubitatũ, an si ex pluribus reis alter simpliciter & pure, alter sub cõdõne vel in diē pmittat, vitiet constõ duorum reorũ. & videbat q sic, quia clarũ est imparitatē vitiare tale constõnē. l. eandē § sed siquis. ff. eo. l. ē quia cũ debeãt insolidũ, vel eis debeat, nõ pñt pariter cõueniri, qa alterius nata est obligatio & actio, alterius non. Cõtrariũ tñ rñdet,

ratio

rō ... est, q̄a disparitas est ī qualitate nō in substantia. Item a principio spe raf, φ reducatur ad equalitatē, quo ca su talis īparitas nō vr̄ quo ad l. imparitas ab initio & iō cessat rō dubitan- di. No. sūma.

Item φ dies vel condō al teri⁹ nō erit impedimento, quo minus ab alio petatur.]

Obligatio an possit in paritatē contineri.

a. Pōt. Sed nōne est hic īparitas, q̄d esse non debet, vt ff. eo. l. eādē §. sed si qs? Rň. secundū M. q̄d ibi regl̄r dr̄, fallit hic, vt ff e. si ex duobus. §. si Alij vt P. dicunt, φ hic non est imparitas, cū adueniente condōne vel die ambo æqualiter teneātur, sed adhuc medio tpe remanet īparitas. Quare, dic, φ ī quātitate debita, vl̄ re q̄ dbef, ň ptēe īparitas, vt ibi: sed ī alijs pt, vt hic, & ff. e. l. si ex duob. §. si.

¶ Diuersitas tēporis adiecti solutioni non facit cessare cōstitutionem duorū reorum. Aret.

¶ Ex duob. reis p̄mittēdi, alius pure, alius in diē vel sub cōdōne obligari potest: nec[a] impedimē to erit dies aut conditio; quo minus[b] ab eo qui pure obligatus est petatur.

SYL. ¶ Dic rōnē vt dixi in positiōe casus.]

b ¶ Quo minus. Sed adueniēte cōdōe sociū pōterit cōuenire mandati, secūdū quosdā, vel verius neg gest vt C. e. l. j. Patet ergo cōstitui posse pure duos reos debendi, & quēlibet in solidū cō ueniri, vt C. eo. l. j. Hodie contra, ēt si hoc actū est exp̄ssim: nisi altero absen te, vel inope existēte vt ī Auth. de duobus reis. §. j. & auth hoc ita ē. tit C. ni si renūciatū fuerit illi constōni, vt C. de pac. l. pen. & ff. de min. l. iudex.

Rei debēdi in solidū ñ pñt conueniri.

Continuatio. ¶ De stipulatione seruorū. ¶ Supra. tit j & tit. præce. dictum est de stipulatione liberarum personarum, verum quia interdum serui stipulantur, ideo de his tractaturus intitulauir de stipulatione seruorum.

Ernus. ¶ Totus iste tit. diuiditur in tres partes. Primo, φ seruus stipulando acquirit dño, in cuiuscunq; persona stipulatio cōcipiatur. Secūdo excipit a regula, φ factū nō acquiritur. Tertio si sint plures dñi, pro dominicis portionibus acquiritur. Secunda ibi (Sed cum factum.) Tertia ibi (Seruus cōmunis.)

¶ De stipulatione seruorum.

¶ Etiā seruus hereditarius potest stipulari,[1] & acquirit hæredi futuro. Ang.

SYL. ¶ Seruus. Casus. Dubitabatur, an seruus stipulari posset, & stipulādo cui acquireret. & vr̄, φ non possit stipulari, cū stipulatio sit actus merus ciuilis. § de constituta, j. de act. quorū solet esse incapax seruus. l. quod attinet. ff de

Eruus ex persona domini c i⁹ stipulandi habet.

¶ Sed & hæreditas ī plerisque[d] personæ

reg. iur. cuius contrarium dr̄, quia in ipsa stipulatione non consideratur vt seruus, sed stipulatur ex persona dñi. Tunc dubitabatur quid in seruo hęreditario ante aditam: nā tunc non pōt sumere vires ex persona dñi, qui non est, & si dicatur, hęreditas repręsentat defunctū: hoc est per fictionem, vnde nō vr̄, φ alia fictio possit superinduci, φ factū serui dicatur factum hęredis. Sed contrariū rñdetur ex rōne posita in tex. quia hęreditas &c. Nec rō duarum fictionū obst. quia non procedūt ex eodē fonte. l. sub conditione. ff. de sol. No. seruū ex persona dñi ius stipulādi habere Item φ hęreditas est persona imaginaria sustinens vices defuncti. Item φ seruus hęreditarius ac quirit stipulando hęreditati. Item φ quicquid hęreditati acquiritur, hæredi postea adeunti quæsitum est.]

c ¶ Domini Qui dominus caput est serui, vt infra de noxa. §. omnis. ex sua enim persona nihil potest, vt ff. de reg. iur. l. seruitutem, & l. quod attinet, nisi ex quo manumittitur, tunc enim incipit habere caput, vt ff. de cap. dim. l. hodie.

Dñs est caput serui.

d ¶ In plerisq;. Hoc propterea dicit, quia hęreditati furtum fieri non pōt. nisi

Hęreditati furtū nō fieri pt, nisi ī trib. casibus.

nisi in tribus casibus, vt ff. de fur. hęreditarię & l. seq. Item propter vsumfru. qui seruo hæreditario promitti nō potest, vt hæreditati quæratur, vt ff. eod. l. usufructus.

SYL. ¶ Adde q rō est, quia psona ficta nō est capax illius iuris, quod si pri defuncto qsitum esset, morte extingueret. vel quia vsusfructus nō pot esse sine psona vera, aut ficta, certā tñ & permanente, & cōstante ex iuris: vt puta collegio, vel populo.]

defuncti[a] vicem sustinet, ideoq; quod seruus hæreditarius ante aditam hęreditatē stipulatur, acqrit hrditati: [b] ac p hoc etiam hęredi postea facto acquiritur.

¶ Seruus siue filiusfamilias a quocunque stipulet, & in cuiuscunq; persona stipulationem concipiat, acquirit domino & patri. Aret.

¶ Siue autem domino, siue sibi, [c] siue cō seruo suo, siue impersonaliter [d] seruus stipuletur, domino acquirit. Idē iuris est & in liberis q in potestate patris sunt, ex quibus causis acquirere [e] possunt.

Si seruus stipulatur ire agere licere, solus ipse, nō etiam dominus eius ire potest. Aretinus.

quia seruus cōseruo suo stipulari pōt, vt hic: igitur frater fratri, arg. C. de diuer. rescrip. l. j. Item quia vox filij vox patris intelligitur. & vox serui vox domini intelligitur, vt j. de inut. stipu. §. ei vero qui- & §. post mortem.

ADDIT. (j) Nec valet talis stipulatio. quia cū personæ cohæreat, de psona serui in dñm trāsire non potest. Itē quia operas nemo nisi dñs stipulat: ualeret tñ si eas vel impersonaliter vel domino stipulare tur, vt per Angel. hic.

a ¶ Defuncti. Non hæredis, vt hic, & s. de hęred. insti. §. seruus. & ff. de acq. rer. dom. hæreditas. Et quæ sit rō, quare personam defuncti & non hęredis, dic vt d. §. seruus.

b ¶ Hrditatis. Sic. ff. de iniu. l. j §. quoties autem.

SYL. ¶ Siue aūt domino. Casus. Nō ponit in mani festa regula & clara, quā quo dāmodo exemplificar Imp. hic. No. q quocūque modo seruus stipulationē concipiat, dño acquirit. Item q filij in ptāte stipulando æquiparantur seruis. Item q valet argumentum de filio ad seruum, & econuerso.]

c ¶ Siue sibi. Nisi in casibus: vt cum factum est in stipulatione: quo casu domino non acquiritur, vt infra proxi. §. & cum operas a liberto stipulatur, vt ff. eo l. antepe. (j)

SYL. ¶ Intellige de incertis: & ratio ponit in l. opere in rerum. in j. & vlt. respon. ff. de ope. lib. qcquid voluerit gl. in l. seruus patroni. eo. tit.]

¶ Et in alijs casibus quos no. ff. eodem l. prima. & l. sequen. Sed nūquid frater potest stipulari fratri suo in eadem potestate existenti? Dic quòd sic,

d ¶ Impersonaliter. Nullius factā mentione: id est vel proprio nomine, vel appellatiuo: vel facta mētione de nomine appellatiuo, sed non proprio, vt supra de exhęred. liber. §. primo. Accursius.

SYL. ¶ Absona est hæc expositio, quia uerbū, impersonaliter, excludit etiā appellatiui mentionem, vt declaratur in l. proinde. ff. eo. tit.]

ADDITIO. Item per omnia dici potest in monacho stipulante. Angelus.

e ¶ Acquirere. Vt ex cā profectitia & aduentitia isto iure. quod dic vt supra per quas perso nob. acqui. §. j.

SYL. ¶ Sed cum factum. Casus. Fuit dubitatum quid in stipulatione meri facti & ex regula generali supra eodem. in prin. idem videbatur, cuius cōtrariū deciditur: quia cum facta sint naturalia, eorum est capax seruus l. cum proponas. C. de hære. insti. No. q stipulatio meri facti explicādi a seruo nō potest per alium explicari. Item quod stipulatio itineris & actus ī seruo est merum factum.]

Sed

¶ Sed cum factum[a] in stipulatione cõtinebitur, oĩmodo[b] p sona stipulantis cõtinetᷓ:[c] veluti si seruus stipuletᷓ, vt sibi ire[d] agere liceat: ipse enim iũ prohiberi non debet, nõ ẽt[e] dominus eius.

¶ Seruus cõis acquirit dñis suis proportione dominica: nisi iussu vn⁹, aut uni fuerit stipulatus. Aret.

¶ Seru⁹[f] cõis stipulando, vnicuiq; dominorũ pro portione dominij acquirit nisi iussu uni⁹ eorũ, aut nominatim[g] alicui eorũ stipulatus[h] est: tunc enim soli ei acquiritur.

¶ Seruus cõis stipulando rem, quę non põt vni ex dominis acquiri, acquirit insolidũ alteri. Aret.

¶ Quod seruus cõis stipulatᷓ, si alteri ex dñis acquiri nõ põt, † insolidũ alteri acquiritᷓ: veluti si res, quã dari stipulatus est, vnius[i] dñi sit.

¶ De diuisione stipulationum.

¶ Iudiciales stipulationes sunt, quæ

a ¶ Sed cum factum. Sed si stipulatᷓ seruus sibi scribi librum, & sic factũ, nonne acquirit domino? Respon. sic: & quod hic dicitur, sed cũ factũ &c. i. a seruo faciendum, & nõ ab alio, vel etiam a domino.

SYL. ¶ Adde tñ secus esse, si dñs ipse seruo stipuletᷓ ire agere, q͂a inutilis ẽ stipulatio l. q͂d dᷓ patrẽ. ff. d uer. obli.

b ¶ Omnimodo. sic. ff. de usu & habi. plenũ. §. si usus. Accur.

c ¶ Cõtinetur. sic. ff. de condi. & demonstra. qui hęredi. Accur.

Stipulari ire, & stipulari iter, differunt. d ¶ Ire agere. hęc verba expone ut supra de serui. i prin. & ff de ser. rusti. pręd. l. j. Et no. quia hic per verba loquitur: aliud si per nomen, puta iter. tunc.n. domino acquiritur, vt ff. eod. l. si communis.

e ¶ Non etiã dominus. subaudi, prohiberi non debet. quasi diceret, debet prohiberi. Sed contra supra per quas perso. no. acq §. non solum, & supra de ijs qui sunt sui vel alieni iur. §. j. Sed non est contra: quia & hic acquiritur domino commodum, nã ad sui domini vtilitatem ibit seruus.

f ¶ Seruus cõis stipulando impersonaliter: vel sibi, vel dñis suis sub noĩe appellatiuo: aliud si ppria noĩa exp̃ssit: nã tunc acquirit pro virili, nõ pro portione dñii. Sed quid si propriũ nomen & appellatiuum. Rñ. si pręponat propriũ pro virili: si appellatiuum p̃ponat, pro dominica, vt ff. de stipu. seruo. l. si cõis seruus ita, & ff. de statulibe. l. ita. §. j. Accur.

SYL. ¶ Adde hæc vera esse ĩ dubio secus si constaret de intentione agentiũ. d. l. si cõis seruus. quę probatᷓ ex coniecturis collectis ibi & hic per doct.]

g ¶ Nominatim. Proprio nomine, vt s. de exhæ. lib §. j. vel appellatiuo, dũmodo intelligatur de quo dño dicat, vt C. de lib. pręte. l ij. & iij. & ff. si cert. pet. l. certũ. Accur.

h ¶ Stipulatus est, hoc † disiũctim. i. diuisim exaudi. Sed quid si unus iussit seruo, & ipse alteri stipulatus ẽ nominatim? Distingue ex cuius re: vt si ex re iubẽtis, sibi quæratur, alias nominato, vt C. per quas perso. no. acq. l. fi. § fi. & ff. eo. proinde. §. fi. & l. seq. licet antiqui aliter distinguebant

† alias solidũ.

i ¶ Quod seruus. Vnius dñi sit. Nã cum sua sit, amplius queri ei non potest, vt s. de leg §. sed si rem, & infra de act. §. sic itaque. restat ergo vt soli alteri quæratur. Aliud si ex re vnius stipuletur: tunc omnibus queritur, sed Cõi diuidundo iudicio reddetur. i. cũ aget. Cõi diuid. pro isto seruo, potest etiam deducere quod socius suus lucratus erat ex stipulatione facta ex rebus suis, & redditur illi, ex cuius re quæritur, vt ff. eo. si ex re. § j.

¶ De diuisione stipulationum.

Continuatio. ¶ Supra dictum est de stipulationum materia: verum quia earũ multiplex est species, ideo subdit de diuisione stipulationum. Porcus.

Stipu-

Diuisio. S Tipulationum. ¶ Totus iste tit. diuidit in duas partes principales. Primo ponit diuisionẽ stipulatiõnis. Scđo illã ꝑ exẽpla declarat. Scđa ibi (iudiciales)

SYL. ¶ Stipulationum. Casus. Non figurat nisi literaliter in declaratione, definitione, & exemplificatione terminorum. est enim tex per se clarus. Nota igitur diuisionem stipulationum, & earum species, & exempla.]

a mero iudicis officio: Pretoriæ a Prętoris oriunt: conuẽtionales a conuentione partium: cõmunes quę ab vtrisque. hoc dicit.

a ¶ Stipulationum. simile per omnia. ff. de verb. obl. stipulationum. l. ij.

b ¶ Iudiciales. qñ iudex cognoscit de aliqua cã, & pendente cã principaliter incidẽter facit interponere cautionem, & dicuntur iudiciales a iudice.

SYL. * ¶ Alio modo declarat Alc. lib. Parad. j. c. j. qui eas stipulationes iudiciales dictas validis argumentis asseuerat, quę non coram Pretore, sed apud alios iudices cognoscerentur: tametsi ex dicto Prætoris descenderent.

c ¶ Prætoriæ. qñ non adit iudex aliqua de causa, sed principaliter vt talis cautio interponat: veluti damni infecti, & cautio legatorũ pręstandorũ, & talis est differentia inter ea q̃ dicta sũt.

SYL. * ¶ Alciatus vero. d. c. j. eas ait ꝑtorias esse, q̃ solius pretoris iurisdictioni relinquuntur, nec alterius iudicis notioni suppositę sunt.] Sed cum hic ponatur prætorię vt species opposita iudiciali, quare. ff. de pręt. stipu. l. j. in prin. ponitur ut genus. s. pretorię? Rñ. ibi aliter accipitur iudicialis. s. a iudicio, hic a iudice, ut ff. man. l. Lucius.

SYL. ¶ Dic ꝙ fuit hęc gl. male collocata, qa ab illo ver. sed cũ hic, vsq; in fi gl. est Acc & debet stare, j. post gl. in uer. cões. & circa d. l. cõtrariã dic, ꝙ ibi nõ ponit diuisio oĩũ stipl̃onũ, sed dũtaxat ꝑtoriarũ, vñ illa ẽ subdiuisio scđi mẽbri diuisionis hic positę. Iudicialis ergo ibi stricte sumit ꝑ ijs, q̃ a ꝑtore introductæ sunt, ut iudiciũ sit ratũ. i.

effectum suum consequatur.]

ADDITIO. Gl. ista non intellexit bene dñam, sed melius dixit infra eodem in verbo, veniunt. Christoph.

* ADDITIO. Facillimam & planissimam huius diuisiõis explicationem vide in Commẽ. Fr. Hotoma. ad §. si itaque, de actio. vbi cur mere prętorię, & mere iudiciales stipulationes appellentur, apertissime declarat.

S tipulationũ[a] alię sũt iudiciales,[b] alię ꝑtorię,[c] alię cõuẽtiõales,[d] alię cões,[e]

d ¶ Conuentionales. Quæ ex conuẽtione partium fiunt, & de his certum est & planum.

e ¶ Cões. Veluti rem pupilli saluã fore, q̃a principaliter põt adiri iudex, ut interponat cautio, cũ pupillus hẽt tutorẽ, qui non satisdedit rẽ pupilli saluã fore, & sic dicetur ꝑtoria. põt vero adiri iudex non principaliter ut cautio illa interponat, sed ex alia cã, velu ti cũ pupillus nõ hẽt tutorẽ, põt petere corã iudice: & iudex, qui dat tutorẽ, ex officio suo facit interponi cautionẽ rẽ pupilli saluam fore, & ita dr iudicialis. Itẽ quidam dicũt illã cautionẽ, rẽ ratã haberi, esse cõem: q̃a qñq; interponit a procuratore actoris, qñq; a procuratore rei, vt ff. de procu. l. Pomponius. §. sed & is qui. Vel alia rõne dr cõis, veluti cũ procuratorio noĩe qs aliũ conuenit, iudex ex officio suo debet facere, ut cautio, rẽ ratã haberi interponatur: & tũc est iudicialis. Pretoria est, qñ quis promisit mihi, ꝙ pro mitteret rem ratam haberi. modo vo lo ꝙ promittatur, & sic principaliter ob istam stipulationem vado ad pręto rem, ut ipsa interponatur.

Cautio rem pupilli saluã fore est cõis.

Cautio rem ratam haberi est cõis.

SYL. ¶ Hęc gl. in antiquis codicibus. Acc. non reperitur, & est additio quędam.

* Vtcunq; tñ sit, adde secundũ Alcia. loco supra relato, cões stipulationes esse, quę tam apud Pretorẽ, quàm coram alijs iudicibus expedirentur.]

ADDITIO. Residuum gl. quæ in alijs impressionibus hic cõiter ponit

in finali gl. huius tituli habetur.

a ¶ Iudiciales. s. stipulationes.

b ¶ De dolo cautio. Vt si ago pignoraticia, caueas ne seruitutes dolo pdideris, vel rei ius in aliquo læseris, vt ff. de pig. ac. creditor. Itē si rei vē. agā pro re, quam vsucepisti iā lite contest. caues, ne dolo alienaueris vel manu miseris seruū, vt ff. de rei vendic. si post, sic & ff. man. si pcuratorem. §. pe. & l. seq.

c ¶ De persequēdo seruo. vt si metu mihi abstulisti seruum, quē postea perdideris, caueas de eo psequēdo, vel eius pretio restituēdo, vt ff. quod me. cau. si cū exceptionē §. q si homo. Itē emptor qui redhibet, & nō hēt seruū, quē reddere debet, qa aufugit, debet cauere de psequēdo seruū. & si habere poterit, restituere vēditori, vt ff. de edi. edic. l. redhibere. §. fi. sic & ff. de cōd. cau. da. si pecuniā. §. pe.

d ¶ Ve. pro vel.

e ¶ Prætoriç stipulationes.

f ¶ A mero. s. puro: sic q non iudicis officio. s. tali quali in superiori casu, vt statim dicam. Accursius.

SYL. ¶ Hanc gl. pro sing. allegat Ang. in l. v. ff. de verb. obl.]

g ¶ Damni infecti, vt ff. de dam. infe. l. prætor ait. §. in eū qui. Dicit & alio respectu pretoria illa, q ab initio exigitur: siue sit prætoria inuētione, siue ciuilis, siue quocūq; modo inuēta: ex eo. s. q prætor eam approbat, vt ff. de ver. sig. l. lege. & hoc sensu comprehēdit prætorias, & iudiciales, & cōes, & oēs præter cōuentionales: & ita accipitur. ff. de præto. stip. l. j sic est de adoptione, vt ff. de adop. l. ij.

SYL. ¶ Adde, q inquātū glo. vult prætoriā stipulationē duobus modis accipi, nō bene sentit hic, & in l. j. ff de preto. stipu. dic ergo eo modo sumi hic & in l. j sed solū diuersificat significatio iudicialis, quæ hic accipitur vt species cōpar & coequa ptoriæ. ibi, vt spēs subiecta.]

tam prætoriæ, quàm iudiciales. ¶ Iudiciales [a] sunt duntaxat, quæ a mero iudicis officio pficiscūtur: veluti de dolo [b] cautio, vel de persequendo seruo [c] qui in fuga est, restituendove [d] pretio. ¶ Prætoriæ [e] sunt, quæ a mero [f] Prætoris officio proficiscūtur: veluti damni [g] infecti, vel legatorū. [h] Prætorias autē stipulatiōes sic exaudiri oportet, vt in ijs ēt contineantur ædilitiæ: [i] nam & hæ a iurisdictione Prætoris veniunt. [k] ¶ Conuentionales sunt, quę ex conuentione vtriusq; partis concipiunt: hoc est, neq; iussu iudicis, neq; iussu Prætoris, sed ex conuentione contrahentium: qua

h ¶ Vel legatorum. vt ff. vt leg. vel fideicō. no. ca. l j. j. rū.

i ¶ Aedilitiæ. s. stipulationes: vt si aial tibi vendo, de vitijs eius cauere debeo, vt ff. de ędili. edi. l. itaq;. & l. si venditor.

* ADDI. Earū exemplum Varronis de re Rusti. lib j. suppeditat. Emptor stipulatur prisca formula sic, illasce oues, qua de re agitur sanas recte esse vti pecus ouiliū, quod sanū recte est extra luscā, surdā, minā. i. ventre glabro, neq; de pecore morboso esse, habereque recte licere, hæc sic recte fieri spondes?

K ¶ Veniunt. cū Aediles erāt ex Prætoribus, vt supra de iure natu. §. proponebant.

SYL. * ¶ Errat Accur. putās Aediles fuisse ex Pretoribus. l ij. §. deinde cum placuisset. ff. de orig. iur. siquidē, vt in Cōmen. admonui, in §. Pretorum. s. de iure na. gen. & ciui. iō dr ædilitias stipulationes a iurisdictione Pretoris proficisci, quia in colligēdis Pretorum edictis, vt perpetuū edictū cōstitueret, atque ita illud ius, quod prætoriū vocamus, cōponeret, recepta sunt ei Aedilium curulium edicta, quippe q instar Pretoriorū edictorū proponi solerēt.] Sed q erit intelligibilis dria inter ptorias & iudiciales, cū hoc tit. accipiat ptoria vt iudicialis? Rn quia pretoria a Pretore mortuo inducta est, sed iudicialis a iurisconsul. alijs. Itē in ptoria inue-

Stipulōnes ptorię & iudiciales multipliciter differūt.

inuenies iudicē ob hoc ipsū principaliter adiri, sed in iudiciali p cōsequētiā, vt patet ex supradictis exēplis. Itē iudiciales vagę sunt p totū corpus iuris: sed p̄torię, licet & ipsę sint vagæ; cōprehensæ tū sūt simul in vno tit. ut ff. de præto. stipul § j. Itē potes notare quartam differētiā, ut notaē. ff de uerbo. obli. l. v. § ij. Accur.

ADDIT. Hanc drīam Io. addit, dicēs, quia prętorię sunt, quę per solum iudicem ordinariū interponunē, † & iudiciales quę per quemlibet alium iudicem.

rum[a] totidem genera sunt, quot (pene[b] dixerim) rerum cōtrahendarum.[c] ¶ Cōes[d] sunt, veluti rē saluā fore pupillo, (nam & Prętor[e] iubet rē saluā fore pupillo caueri, & interdum iudex,[f] si aliter hęc res expediri nō[g] potest) vel de rato[h] stipulatio:

¶ De inutilibus stipulationibus.

¶ Oīa dominio nostro subiecta stipulari possumus: q̄ vero p rerū natura ī pōte est haberi, non. h.d.

† Hanc quoque dānant, aliqui, vt p Io. Fab. hic, q̄a cautio de dā. infe. quāuis sit p̄toria, per quemlibet etiā minimū magistratū ex pediri pōt, ut l. j. & l. iiij. §. j. ff. de dā. no infe. Nisi forte dicas ibi speciale pp periculū moræ. Ang.

a ¶ Quarum. s. conuentionalium.

b ¶ Pene. Ideo dicit pene, quia in quibusdam ualet alius contractus, ut uenditio in libero homine & similibus, ut ff. de contrahen. emp. l. & liberi, & infra de contrahen. empt. §. fi. in quibusdam non valet stipulatio, ut infra tit. j. j. respon. & §. j.

c ¶ Rerum contrahendarū. s. esse genera, idest quot possumus dicere esse genera contractuū, tot sunt genera stipulationum. i. ubicunq; pōt contrahi, ibi potest stipulatio interuenire: nam stipulatio proprie non est contractus, ut ff. de verb. signif. l. Labeo.

SYL. ¶ Intellige large, non proprie, ut declarant doct. in l quinta. ff. de verborum obligat.]

d ¶ Cōes. Abnegatiue lege, idest nō prætorię tantum, uel iudiciales tantum, uel conuentionales tantum.

SYL. ¶ Hoc non erat addendum ex ratione infra dicenda super gl. fi]

¶ Sed partim ex uno, partim ex altero nām accipiūt. nā si non cauerit tutor pupillo, hoc ipsū peti pōt: & quo ad hoc habet nām p̄torię. si petit̄ tutor, & p consequēs pręstaē satisdatio: & in hoc habet naturā iudicialis, ut ī. de satisd. tut. §. j. Sed de hoc dic plenius, ut ff. de verb. obligat. l. v. §. prætorię, vbi est hic tit. de verbo ad verbū. Itē si petatur hęc satisdatio ab altero tutorum vel curatorū, ex consequentia petitur & nō pręcise: unde & ī hoc habet naturā iudicialis, ut ff. de admin. tut. l. iij. j. rñ & ī. de satisd tu. vel cura. §. j. & ij. Vel dic communes alio modo, vt ī. eod. §. sed secundū hoc oīs prętoria potest esse communis.

ADDIT. Dic, q̄ hæc glo. secuta fuit errorem suum: q̄ illa appellaē cautio prętoria, propter quā interponendam iudex principaliter aditur: illa vero appellaē iudicialis, propter quam interponendam iudex non principaliter, sed in consequentiam aditur: quę opinio. ibi fuit reprobata secundum Christoph.

e ¶ Prętor. Scilicet mortuus, cuius verba non habemus, sed sententiam, ut supra de satisd. tuto. in principio, & §. primo.

f ¶ Iudex. s. viuus.

g ¶ Non potest. Quia sponte nō vult satisdare ex pręcepto mortui prætoris, unde inuitus compellitur a iudice viuo.

¶ Non bene exponit, quia omnis prętoria esset communis, quod est falsum.] SYL.

h ¶ De rato. Hęc est communis alia causa quam superior. Nam hęc est cōuentionalis quandoque, ut si fiat extra iudicium ex conuentione, ut ff. rē ratam habe. interdum.

¶ Hęc gl. falsa est, quia cōmunis non dicitur respectu cōuentionalium, sed pretoriarum & iudicialium, vt patet ex tex. nostro.] SYL.

a ¶ Item. Imaginaria, i. ficta, sic ff. de regu iu. l. imaginaria. ¶ Hæc interpretatio vera est.]

¶ Vel dicitur imaginaria. i. per momentum duratura, sic in authen. quo modo oportet episc. §. j. collat. j. & in Psal. In imagine per transibit homo. SYL. Psal. 38.

ADDIT. (j) Quod in dubio p̄sumiē, nisi essent ęque principaliter obligati, vt duo rei, & duo tutores, qa tunc simpliciter soluēdo, totalē actionē q̄ ambos ligat, dissoluit, scđm Ang. hic.

SYL. ¶ Item per acceptilationem. Casus. Satis esset, ꝙ figurareē literaliter, qa statin declaratione terminorū, tñ in vno videbaē dubitādum valde, quare acceptilatio nō tolleret alias obligationes, sicut tollit eas, quę verbis contractę sunt, & ratio affirmatiua posita hic non respōdet huic obiectioni, qa bene fateor, ꝙ eodē vinculo dissolui naturalissimū sit, sed ꝙ voluntas tollendi obligationē deducta in acceptilationē nō tollat alias obligationes, hoc videbatur absonum, & licet videatur esse de iure ciuili, & iō nō tollere obligationes de iure gentiū, hoc est falsum, quia quamuis forma sit de iure ciuili, tamen consensus, qui in ea est, est de iure gentium, quia continet

ADDITIO. Ipsa acceptilatio tñ habetur pro solutione, vt l. si ex pluribus ff. de acceptila. vt in simili ēt dicimus de iuramento, quod habetur loco solutionis inter deferentem & iurantē, non tamen etiam est proprie solutio, vt l. duobus. §. j. & ibi glo. & doct. ff. de iureiur. Ang.

b ¶ Vt patiatur. Et etiam respondeat ei, vt sequitur, & infra eodem. §. in fi. nam sola patientia non prodest. Accursius.

c ¶ Sed & gręce. Non solū Latinis, sed etiam Gręcis verbis, dum tamen aptis ad hoc, vt sequitur, & facit supra de verb. obl. §. j. versi. vtrum. & ff. de verb. oblig. l. j. §. fina. Vnde verba Gręca in textu posita sunt huic proposito apta si recte exponantur. Sunt autem talia, O per hyposchesthin si echis prodesctonʔ echo. Et sic intelligūtur, O per hypochesthin si. id est quod promisi tibi, echis prosdecton? id est habes

† alia ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα ἔχω λαβών. i. habes acceptos tot denarios? habeo acceptos. Addō.

bes acceptum?& respondeatur, echo. i.habeo.

Accepti a ¶ Vt diximus. s.eo. §.ibi, quod.n. latio nõ ex verborum &c.
tollit o- b ¶ Cęterę.s. quę sunt de iure gẽ. cũ bligatio acceptilatio nes iu q̃ est ciuilis risgen- actus, vt ff d' tium. reg.iu. actus nõ possit iura gen. tolle, re, vt supra de legi. agn. tu.§ fin.quæ sũt vetustiora & firmiora, vt s. de re rũ diu. § fin gulorũ. Sed nunqd alias obligatiões iuris ciuilis tollet acceptilatio, vt literarũ, & emphy. & similes, vt diximus.s.de iure na.gen. & ciui. §.ius autem?Rñ.non, cum solã obligationẽ verbis inductam tollat, vt hic dr. Sed certe licet non possint tolli iure acceptilationis.s.obligatio iurisgentiũ, & alię ciuiles, tñ possunt iure pacti etiã acceptilatione facta, secundum Io. vt ff. de rescin. ven. emp. & l. cũ emptor, Quod generaliter etiã dicebat M. q̃ vbicũque fieret acceptilatio inutilis, q̃ habeat vim pacti, & facit pro eo. ff de pact. si vnus. §. pe. vbi de hoc. At B. totum contrariũ, & est pro eo ff. de acAccepti cep. an inutilis. j. respõ. & ff. de consti. latio in pe. l. j §. eum qui. Sed nos dicimus idẽ utilis ra quod M. vbi fuit inutilis ratione rei, tiõe rei vt dictum est. Item idem quod Bulg. hẽt vim vbi est inutilis ratione conceptionis, pacti: se & facit pro nobis ff. de acceptila. si ac cus ẽ si ceptolatum.
inutilis ¶ Et est rõ, q̃a defectus formę circũ-rõne cõ scribit cõsensum, secus in defectu ma ceptio- terię. * Et latius quando acceptilatio nis ine- inutilis valeat in vim pacti, vide Ale. ptę. & Imo. in l. j. §. si quis ita. ff. de verbo. obl. & similem gl. habes in d. §. pe. & in d. l. an inutilis.]

nius[a]) tantũ hæ soluunt obligationes, quæ ex verbis constitut, nõ ẽt cæterę.[b] Cõsentaneũ[c] enim visum est, verbis factam obligationem alijs posse verbis dissolui. Sed & id, qđ ex alia[d] causa debetur, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationẽ dissolui.[e] Sicut autem quod debetur, pro parte recte sol-

ADDIT. Et est rõ diuersitatis, quia minus est peccatũ quod non peruenit ex propria culpa, vt in primo casu, q̃ quod prouenit ex propria culpa, vt in secundo casu. Io.Fab.

uitur:[f] ita in parte deberi acceptilatio fieri potest. Est autem prodita stipulatio, q̃ vulgo Aquiliana appellatur: per quã cõtingit, vt omniũ rerũ obligatio ĩ stipulatũ deducatur, & ea per acceptilationẽ tollatur. Stipulatio. n. Aqliana renouat omnes obligationes, & a Gallo Aquilio ita[g] composita est: Quicquid

c ¶ Consentaneũ. & facit ad hoc. s. fra eo. §. fin. & ff. de reg. iu. nihil tam. & C. qñ lic. ab emp. dis. l. ij & ff. de pact. ab emptione.
d ¶ Ex alia cã. s. quã verbis.
e ¶ Dissolui. s. ipsum debitum. Et no. mirabilẽ proditionẽ. Nã cum nõ pateret contractus alius tolli suo contrario actu. s. p acceptilationẽ, decipit, & deducit in quendam non prorsus contrarium actum, vt in stipulationẽ, quod est obligatorium: & sic fit nouatio indistincte iure isto, vt s. eo. §. pręterea. & de act. & obl. l. obligationum fere. § fin. & ipsa stipulatio patitur se tolli per acceptilationem, vt hic dicitur.
f ¶ Recte soluit. s. uolente creditore. Solutio Sed nũquid eo inuito debiti pars sol- particu-uitur? Respond. aut confitetur de toto laris an debitor: & tunc non põt soluere nisi credito-totum, vt ff. de vsur. tutor. §. Lucius, q̃ re inui-est huic contra. nisi volenti creditori, to fieri vt hic dicitur. Aut diffitetur, & tunc possit. pars confessata tantum recipietur ab inuito, vt ff. cer. pet. quidam existimauerunt. & hoc etiam casu potest intelligi quod hic dicitur.
¶ Hęc gl. communiter approbatur.] SYL.
g ¶ Ita composita est. i. his verbis q̃ sequuntur, q̃cquid re &c. Et nota q̃ non potest sic legi, quin aliqua verba sint hic superflua. Item nunquid vnũ solum ex his duobus scilicet dare vel facere, sufficit: scilicet dare, cũ solum

quod

quod erat dandum, in hanc stipulatio nem deducitur, vt infra ibi, tantam pecuniam &c. Respond. sic, arg. supra de verbo. obliga. §. sed hęc solennia. & C. de don. l. fin.

tas nouat per acceptilationem Ang. ¶ Pręterea nouatione. Caius. Non figurat nisi literaliter, quia ponit tantum declarationem terminorū: itē qa est l. corrigens, quę habetur pro tōne dubitandi:

te mihi ex quacūq; causa dare [a] facere oportet, †vel oportebit, præsens in diē ue, †aut sub conditione: quarūcūq; rerū mihi tecū actio [b] est, quæq; † aduersus te petitio, [c] vel aduersus te psecutio est, †vel erit, †qđ que tu meū habes, tenes, possides, dolo ue [d] malo fecisti, quo minus possideas: † quantiq; earum rerū res [e] erit, tantā pecuniam dari stipulatus [f] est Aulus † Augerius: spopōdit Numerius †Nigidius.† Item ex diuerso Numerius Nigidi⁹ īterrogauit Aulū Augerium: Quicquid tibi hodierno die p Aquilianā stipulōnē spopōdi, id ne oē habes acceptū? Rūdit Aulus Augerius, Habeo, acceptūq; tuli.

¶ Interdum nouę | tonę olim fiebat nouatio, et si a pupillo stipulabar, ꝙ alius mihi dēret nō aūt a seruo: hodię vero nō psumitꝛ nouatio, nisi expsse hoc agatꝛ. Arc.

¶ Prætereа [g] †noua

a ¶ Dare. Vbi debet dñium transferre, vt infra de actio. §. sicitaque. & ff. de verbo. obliga. l. vbi aūt non apparet. §. fina.

b ¶ Actio. In personā: at petitio in rem: persecutio vtrūque continet, vt ff. de act. & obl. actio in personam.

c ¶ Petitio. In rem.

d ¶ Ve. pro vel.

e ¶ Res. i. æstimatio.

f ¶ Stipulatus. Nūc mutat personas. de secunda enim transit ad tertiā. Et no. ꝙ etiam realis actio deducitur in stipulationem facta rei ęstimatione: & ita ipsa pecunia siue rei ęstimatio deducitur in stipulationē & acceptilationem. nā ipsa res. nō pōt, cum nemo rē suam possit stipulari sibi dari, vt supra de inut. stip. §. j. Sed quō deducam ęstimationē, cū nō debeatꝛ Rñ. Immo quasi debita est: liberatur enim exceptione quasi a rei vendicatione, si pręstat æstimationē, vt ff. de rei vendi. eius rei. & l. seq. Si autem ipsam rem in acceptilationę deducam, valet iure pacti, secundum B. vt diximus. s. eo. §. in ver. quo genere. Accur. Floren.

ADDIT. Tu dic, ꝙ quāuis actio realis nec obligationē, nec officium iudicis pręsupponat, psupponit tñ quandā ęquitatē, ex qua datꝛ actio, & illa ęqui

† alias oporte- bitue.

† alias desunt hęc verba, aut sub condōne.

† alias abs te. Persecutio continet actionē & petitionem.

† alias quęve.

† alias quātīcū q; earū.

† alias Ageri⁹

Actio realis potest in stipulationem deduci.

sō autem de cidendi ponit hic per Iusti. ad tollendas difficultates, ꝙ apud antiquos oriebātur. Nota ꝙ pmissio est ius qđ alius debebat, tip- so iure obligat promittentē. Itē ꝙ ex inutili obligatione fit nouatio antiq obligationis efficacis. Item ꝙ si secunda obligatio ē penitus nulla, prima nō nouatꝛ. Item ꝙ obligatio condōnalis ita demum nouat primā conditione existēte Item ꝙ hodie nō fit nouatio nisi expresse.]

† alias Negidius.

† Alias Qđ Numeri⁹ Nigidius A Agerio spopōdit, id hēat ne acceptū, Numeri⁹ Nigidius. A. Ageriū rogauit A. Agerius Numerio Nigidio accepτum fecit.

† Nouatio est prioris debiti ī aliā obligōnē vł ciuilē vł naturalē transfusio atque trāslatio. l. j. ff. de noua tio.

g ¶ Pręterea. Nō solū solutione, vel acceptilatione, vt dictum est supra.

SYL.

¶ Et quia docto. passim dicere solent, ꝙ naturalis obligatio tollitur per ius ciuile in hoc casu. s. per stipulationē, aduerte quia non intelligunt, ꝙ naturalis oblig. tollitur p ius ciuile. i. per solennem stipulationē, nā considerandū est, ꝙ si naturalis oblig. transfundatꝛ in stipulationē, vel tollatꝛ stipulatione, tñ ius ciuile vel solennis stipulatio non tollit obligationē naturalē: (a iure. n. ciuili tolli non potest. l. eas obligationes. de capi dimi.) sed tollitꝛ vinculum naturale ex alia naturali, quod inest ipsi stipulationi: quia in stipulatione est conuentio, & quælibet conuentio habet vinculum naturale,

tione[a] tollitur obligatio: veluti si id, quod tibi Seius debebat, a Titio dari stipulatus sis. Nã interuẽtu nouç[b] p̃sonç noua nascit̃ obligatio, & prima tollit̃ trãslata in posteriorem: adeo vt interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima nouationis iure tollatur: veluti si id, quod tu Titio debes, a pupillo[c] sine tutoris auctoritate stipulatus fuerit: quo casu res amittit̃, nã & prior debitor liberatur, & posterior obligatio † nulla est.[d] Non[e] idem iuris est, si a seruo quis fuerit stipulatus: nam tũc

l. j. ff de pact. itaque ius ciuile nõ tollit ius naturale, quia stipulatio inquãtum est solennis contractus a iure ciuili introductus non tollit ius naturale; sed inquantũ est conuentio, q̃ ab eodem iure naturali habet vinculum, & ideo ius naturale tollit ius naturale, nõ ciuile. & ita declares.]

a ¶ Nouatione. Si fiat p̃ stipulationẽ, vt subijcit: siue per iudicium: vt si alias noĩe meo iudiciũ suscipiat a nimo nouãdi, vt ff de sol. l. solutionẽ. & ff. de in rẽ vers. si pro patre & ff. de verbo. obligatio. scire debemus in fi. j respon.

b ¶ Nouç personç. etiam si hoc nõ agitur, vt fiat nouatio iure isto: hodie contra, vt infra eodem. §. versicu. sed cum.

c ¶ A pupillo. Qui naturaliter tenetur, vt ff. de noua. lege prima, in fi. si est maior infante: alias nec naturaliter, vt ff. de actionibus & obligat. l. pupillus.

SYL. ¶ Et est ratio, quare quando sequens obligatio est penitus nulla iõ non põt habere locum nouatiõ, quia cessat subiectum, in quod prior obligatio trãsfundatur.]

d ¶ Nulla est. Sed nũquid restituitur creditor in priorem debitorẽ? Quidã dicunt q̃ sic, vt C. de repu. l. j. §. j. & ff. de fideius. l. si Titi⁹. §. huic. quç est cõtra. & quod hic dicit̃, Res amittitur. s. iure communi, sed per restitutionem, vt dictum est. Alij, vt Pla. dicunt hanc in impubere (quasi stulte acceperit hic creditor tã paruulũ) illã in pubere loq. Vel verius, refert an minor iuuetur, vt nõ teneat̃, p̃ bñficiũ restitutionis, & tũc ẽt restituit̃ creditor in veterẽ debitorẽ, vt ibi. An vero nõ restituatur, quia non est necesse, cum tantum naturaliter sit obligatus, vt ff. de noua. l. prima, in fi. & tunc nec creditor restituitur, vt hic. nec etiã tunc quando dolo creditoris minor fuit obligatus, vt ff. de fideiuss. si Titius §. fin. (vnde huic doloso non succurritur: q̃a frustra legis auxilium inuocat qui committit in legem, vt ff. de mino. l. auxilium. in fi. & l. si ex cã. §. nunc vidẽdum. & ad Velleia l. si decipiẽdi) Quod etiam in muliere distinguitur. nam restituitur in primũ debitorẽ actio, ea subducta p̃ Velleianum, vt C. ad Velleia. si mulier. nisi fuerit dolo inducta, vt ff. ad Velleia. quidã & d. l. si Titius. in fi. At secus esset, vbi nulla esset secũda obligõ, vt in seruo subijcit̃, q̃ nõ põt ẽt natural'r teneri fideiubendo, vel intercedendo quoquo modo, vt ff. de fideius. seruus inscio. & l. sequ. Idem ẽt in infante dicã, qui secũdo se obligauerit. Nã cũ nulla sit, nõ tollit̃ prima, cũ non habeat in quẽ transeat. Quidam tñ dixerũt naturaliter seruũ teneri ẽt fideiubendo: quod falsum est: nam nec aliter tenet̃ nisi naturaliter, cuius occasione dñs tenet̃ de peculio, at hic non tenet̃, vt ff. de pec. l. ij. §. si filius. & facit ad hũc §. ff. de fideiuss. si Titius. §. huic similis.

¶ Et hęc gl. communiter approbat̃, secundum Christo. hic, quod intellige, vt non obligetur naturaliter quo ad effect⁹ naturalis obligationis: sed quo ad ipsas obligationes essentialiter obligat̃, q̃a inspecto iure naturali est liber & habet cõsensum. l. prima. ff. de pact.]

e ¶ Nõ idem. Sed quç est rõ diuersitatis inter hunc. §. & superius rñsum? Rñ, quia ibi saltẽ naturalis obligatio fuit,

† Limita hoc dictũ, nisi pupillus promitteret pro eo, cui erat obligatus, nã tunc efficax eẽt eius obligõ, secũdũ gl. in l. certi cõ ver. stipulatus ff si cer. pet.

Seruus non põt SYL. obligari fideiubendo.

fuit, hic nulla in serno, vt ibi dixim*. Item hoc iō, quia pupillus potuit obligari naturaliter & ciuiliter cū aucto ritate tutoris, & p eū s. creditorem stetit: quare sibi imputet. Vnde prior actio tollitur, & posterior non manet. Seruus autē nullius auctoritate pōt obligari ciuiliter: ideo quenon imputat. s. creditori, vnde et actio prior durat.

ADDIT. Dic q seruu* non potest esse fideiussor alicuius nisi ex cā peculiari, ut l. iij. §. si filius fa. ff. de pec. Ang.

Stipulor signific: catstterrogo. — a ¶ Stipulatus. i. interrogatus. Stipulor. n. id est, īterrogo secundū Priscianū: sic accipit. ff. de condi. inde. si non forte. §. si decem.

† alias qm nouatio iri plici iure fit.

prior perinde obligat* manet, ac si postea nullus stipulatus[a] fuisset. Sed si ea dē p̄sona sit, equa postea stipuleris, ita demū nouatio [b] fit, si qd in posteriore stipulatiōe, nouisit: forte si cōdō, aut dies, aut fideiussor adijciat, aut detrahatur. Qd [c] aūt diximus, si cōdō adijciat, nouationē fieri, sic intelligi oportet, vt ita dicamus factā nouationē, si cōdō extiterit: alioqn si defecerit, durat prior obligatio. Sed †cū hoc qdē inter veteres cōstabat, tūc fieri nouationē, cū nouādi [d] animo in secundā obligationē itū fuerat: p hoc aūt dubiū erat, quando nouandi [e] animo videret hoc fieri, & quasdam de hoc p̄sumptiones alij in alijs casib. ītroducebāt: [f] ideo nostra processit constitutio, [g] quę apertissime definiuit, tunc solum nouationē prioris obligationis fieri, quoties hoc ipsum inter cōtrahentes expressum fuerit, q propter nouationē prioris obligationis cōuenerunt: †alioqn & manere pristinā obligationē, & secūdā ei accedere, [h] vt maneat ex

batur expresse vel tacite, vt ff. eo. l. ij. & nouo iure, si id exprimat, vt j. eo §. proxime: & in d. l. obligationum fere. nouum interueniebat. s. stipulatio pęnalis. & facit ad hoc s̄. quib. mod. tol. infirmē. §. j. & ff. de re iudi. l. iiij. §. si ex cōuentione. & §. sed & si pignora.

e ¶ Dic quod tria sunt iura in hac materia cōsideranda scd'm primā opi. q̄ cōmuniter approbat secundū Christo. hic.

SYL.

ADDIT. Et no. q casus, in quib olim ex verbis expressis insurgebat tacita coniectura nouationis, hodie nō corrigantur: quia ī illis fit nouatio saltē ope exceptionis. Ang.

* † Lita qd seqī nō p̄cedere in cōtractibus incōpatibilibus in qbus ipso facto absque aliqua expressione nouationis intelligit p posterius pactū esse derogatū priori, vt per Deci. in l. pacta. SYL. nouiss. ī j. no. C. de pac.

c ¶ Quod autem facit. ff. de nou. l. quoties.

d ¶ Cū nouandi. expresse vel tacite.
e ¶ Quando nouandi. s. tacite.
f ¶ Introducebant. & alij in alijs, vt quia forte aliquid noui in obligatione erat adiectum, vt supra eo. §. uer. sed si eadem.
g ¶ Constitutio. vt C. de nouatio. l. si. Accur.
h ¶ Accedere. fit tñ exactio tm̄ semel de eodē, vt ff. de re. iu bona fides.

¶ Hoc amplius. Casum nō expedit figurare in regula naturali, q̄ habet, q hoc vinculo dissoluit qd, quo colligatum est l. nihil tā naturale. ff. de re. iu. intellige ergo tex. re integra, quia tunc

¶ Hęc expositio nō est necessaria, cū possit referri ad interrogationem proprie, & vi. quę posui sup. de verb. obl. § j. in gl. in ver. stipulantium.]

b ¶ Nouatio fit. Nota hic tria iura circa nouationē: Antiquissimū, vbi et si nihil noui interueniret, fiebat tamē nouatio, vt ff. de actio. & obl. obligationū fere. §. fin Itē nouū, vbi nouatio pręsumptiue fiebat, quoties noui quid interueniret: & semper intelligebat hoc agi, vt hic, & ff. de noua. l. ij. Itē tertiū, qñ hoc expressim diceret, vt C de noua l. si. Vel dic tantū (& verius) duo esse. Primo fiebat, si hoc age-

vtraq; causa obligatio secundū nrę constitutionis definitionem, quā licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

¶ Contractus, q. cōsensu cōtrahit, cōtrario cōsensu re nō secuta dissoluitur. Are.

¶ Hoc amplius, hæ obligationes q̄ consensu[a] cōtrahunt, cōtraria voluntate dissoluūtur. Nam si Titius & Seius inter se consenserint, vt fundū Tusculanū emptū Seius haberet cētū aureis: deinde re nōdū secuta. i. neq; p̄tio[b] soluto, neq; fundo tradito, placuerit inter eos, vt discederet ab ea emptione & vēdōne, īuicem liberantur. Idē est in conductione & locatione, & in omnib. contractib⁹, qui ex consensu descendūt, sicut iam dictū est.[c]

tū e nudus cōsensus non reuocaret traditionē secutā vel pretiū solutū, sed necessaria est retrotraditio. Tantū.n. destruit cōtrarius cōsensus, quantum primo ędificatū erat a cōtrario cōsēsu, vt dicit glo]

a ¶ Quæ cōsēsu. s. solo. Sed quę sūt hę? Rñ. numerantur supra de obli. ex cōsensu. Itē in qbusdā ex maleficio, vt nudo consensu etiā tollātur ipso iure vt iniuriarū. itē furti, & similes, vt ff. de pact. si tibi x. §. quędam actiones. (j) alię nō ipso iure tollunt cōsensu, scilicet pacto de non petendo, sed per exceptionem, vt ff. de pactis. l. si vnus § pactus.

ADDIT. (j) Hoc verū intellige quo ad præiudicium partis nō fisci vel rei pub. sicut econtra princeps faciendo gratiam malefactori non tollit ius pę nę quęsitę parti. Angel.

b ¶ Neq; pretio soluto. Sed quid si partē pretij soluat? Rñ. non est res integra: & ideo non receditur nudo cōsēsu, sed ita demū si hincinde facta sit retrotraditio, vt C. quando lic. ab emptio. di. l. j. & ff. de pact. l. ab emptione, & est ratio vtrobiq;, quia nil est tā cōueniēs naturali ęquitati, quā eodē genere quodq; dissolui, quo ligatū est, vt ff. de reg. iur. nihil tam Accur.

Obligatio tam naturalis quā ciuilis ipso iure multis modis tollitur.

c ¶ Dictū est. supra eo. §. Et no. in fi. huius tit. xij. esse modos, p quos tollitur obligatio tā ciuilis quā naturalis ipso iure, vt nullę maneant reliquiæ. Per solutionem, vt supra eodem in princi. Item per acceptilationem, vt supra eodē. §. Item per nouationem voluntariam, vt supra eodem §. pręterea. Item per nouationem necessariam, vt per sententiam, & cōtestatione litis: vt si alius meo nomine subeat pro me iudicium animo nouādi & liberādi me, vt ff. de noua. l delegare. j. §. j. & l. aliam. Item per compensationem, vt infra de act. §. pe. & § in bonæ fidei. Item per delegationem, vt ff. de noua. l. delegare. j. rñ. Item per confusionē debiti, vt ff. de fideius. l. si debitori creditor. Itē p oblationē, (j) consignationē, & depositionem, vt C. de solu. l obsignatione, & cuā ipso iure, vt ff. depositi. l. j. §. si pecunia. in fi. §. Itē per interitum speciei, vt ff. de ver. ob. l. si ex legati. Itē maleficio suo mora non pręcedente, vt per cōstitutionē. l. si quis in tātam. Vel per edictum diui Marci, vt C. vnde vi. l. si quis in tantā. & ff. quod me. causa. l. extat. & ff. ad l. Iul. de vipri. l. pe Item nudo cōsēsu qñq;, vt in hoc. §. itē nudo pacto, vt in maleficijs. Sed & alijs modis tollitur non vtraq; s. ciuilis & naturalis, sed interdū ciuilis tm̄, & remanet naturalis: vt p sñiam, vt ff de cōdi inde. l. Iulianus. Itē remanet ciuilis, & tollitur naturalis: vt per pactū, & chirographi redditionē, & iusiurādum, vt ff de sol. l. Stichū. §. naturalis. Ipsaēt ciuilis sic eliditur, vt nō habeat vigorē īfra de excep. §. prætera. Itē sunt & alij modi, quibus tollitur obligatio per exceptionem, quos habemus infra de except. per totum. Accur.

Obligatio ciuilis sola quāque tollitur. Obligatio naturalis sola quāque tollitur.

ADDI. (j) Intellige facta congruo loco & tempore: & sola sufficit in iudicio: idem extra iudiciū, si res sit immobilis, alias secus, quia requiritur consignatio & depositio. Ang.



Conti-nuatio. ❡ De obligationib. quę ex delicto nascuntur. ❡ Hanc continua vt ĩ prin. huius tit. cõtinetur. Dictum est supra de obligationib. ex contractu, & ex quasi cõtractu, uerũ quia est reperire obligatiões, q̃ sunt ex delicto, & ex quasi delicto, iõ uidendũ est de ipsis. Sed quia obligões ex delicto sunt maiores, & gñaliores, iõ de ipsis pri' uidendũ est

❡ Incipit liber quartus.

❡ De obligationibus quæ ex delicto nascuntur.

❡ Oĩs obligatio ex delicto nascitur ex re, id est maleficio. h.d.Arez.

Diuisio. Cum sit. ❡ Totus iste titu. in nouẽ partes diuiditur. Primo cõtinuat istũ librũ ad librũ p̃cedẽtẽ. Scdo ponit diffinitionẽ, allusionem, & diuisionẽ furti, ibi (Furtu ẽ cõtrectatio.) Tertio ponit duo gña furtorũ, eorũ pęnã ãnectẽdo, ibi (Furtorũ.) Quarto, ĩ qb. reb. fiat furtũ, & qñ fur excuset, ibi (Furtũ aũt fit.) Quinto, qñ qs pręstat opẽ, ibi (Interdũ quoq; furti.) Sexto, qñ illi, qui sunt ĩ ptãte alterius dño uel patri furãtur. ibi (Ijqui.) Septimo, cui competit actio furti, ibi (Furti aũt actio) Octauo, an impubes committẽs furtũ teneatur, ibi (In summa.) Vltimo ponit quę sit uera pęna furti manifesti.

a ❡ Ex cõtractu. vt s̃. de obli. ex contractu. vsq; ad tit. de obli. ex quasi cõtractu.

Cum sit expositũ superiori libro de oblig͠onib' ex cõtractu, a & † ex quasi b cõtractu, seq̃tur ut d̃ oblig͠onib. ex maleficio c

b ❡ Ex quasi contractu. vt s̃. de obl. quę ex quasi cõtractu.

c ❡ Ex maleficio. Caue tibi, quia licet hic promittat dicere de oĩbus his, † non tñ dicit ĩ hoc tit de ijs quæ sunt ex quasi maleficio, sed dic vt j̃. de obli. ex quasi malefi. Nec etiã de oĩbus, q̃ ex maleficio, sed de solo furto agitur ĩ hoc tit. Sicut & alias rubrica est gñalior, quam sit tex. ut ff. si cer. pet. & de cer. condi. & C. de reb. cred. & iureiu. Nã non dicit ibi de reb. cre. sed in sequẽtib. ti post illum.

❡ Inepta est gl. quia nullibi hoc pollicet Imperator dicer. s. in hoc titulo, sed bene in sequentib. & hoc seruat.]

ADDI. No ꝙ non est inconueniẽs, quod rubrica sit aliquando generalior tex. de quo dic vt dictum est s̃. in rubr. procœmij. Ang.

† alias quasi ex

† Dic, ꝙ ista glo. nõ fuit necessaria quia Imperator non dicit ꝙ ĩ isto ti. sit de oĩbus maleficijs tractaturus, sed in isto lib. An.

SYL.

a ¶ Sed illę.s.q̄ sunt ex cōtractu:non ăt repetir eas,q̄ sūt ex quasi cōtractu.
b ¶ Diuiduntur.s.re, verbis,literis, & consensu, vt supra de obli. §.fi.
c ¶ Hæc scilicet quę sunt ex malefi- cio vl quasi.

Iniuria quali- ter fit. d ¶ Iniuria: Sed nōne fit iniuriā uerbis & conuicio, vt ff. de iniu.l.j.§. in iuria? Itē literis ĩfamatorijs, vt ff. de iniu l.lex Cornelia.§. si qs librum. & ĩ.de iniu. §.j. S3 certe & tunc ex maleficio fit:& sic re fit:q3 maleficiū fit verbis vel literis. & sic hĕt locū quod hic dicit. Accur.Florē.

&quasi ex maleficio dispiciam[a]. S3 illę[a] quidem (vt suo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur:[b] hæ[c] vero unius generis sunt: nā oēs ex re nascuntur, id est ex ipso maleficio: ueluti ex furto, rapina, damno, iniuria.[d]

¶ Hic ponitur diffinitio & allusio furti: Ang. Aret.

¶ Furtum[e] est contrectatio † rei fraudulosa[g] lucri faciendi gratia, uel[h] ipsius rei, vel ēt usus[i] eius possessionisue: quod lege naturali prohibitum est admittere.

Furari non possum rē ĩmobilē incorporalē & meā.

SYL. * ¶ Vtrum aūt in delictis oriat obligatio naturalis ex cōsensu, vide Fort. ĩ l.legitima.col.xxxiiij.ff.de pac. (vbi preter alios censet potius oriri ex eo, quod ęquum est delicta puniri, lesisque satisfieri) & Decium in c.j.col.ix. in j.lect.de consti.)

SYL. ¶ Furtum &c. Casus. In diffinitiōe & etymologia ñ ponit, & notāda clara sunt.& circa illud uerbū, rei, positum in diffinitione essent uidenda quę ponit Caro. Roynus in rubr. ff.de oper. no.nun in prin nu.xv. xxvij.)

e ¶ Furtū est cōtrectatio &c. Et facit extra de elec.c.dudū. ij. hec exigit in furto,& sine eā nō fit furtū,licet volūtas ul alia uerba uel scriptura iterue niāt,ut ff.e.si qs vxori §. si qs asinum. & l. inficiando,in princi. & l.j. §.sola. Qnq; tñ sine cōtrectatione:ut in charta rasa,vt ff.e.qui tabulas.§. fin. & l.si quis uxori §. si quis asinū. Sed certe ibi contrectatio intercessit,cū genera liter cōtrectationem accipiamus, licet non fuerit ibi amotio. Accur.

f ¶ Rei.subaudi, mobilis. Nā de imobili non potest fieri furtum, vt supra de vsucap. §. quod autem. nisi in casu,vt in creta. Sed certe iam illa est mobilis, vt ff. codem.l. si cretę. Item subaudi, corporalis.nam de incorporalibus non fit furtum, cū nec contrectatio in his esse possit, vt ff. de acqr. re.do.seruus.§.ĩ corporales. Itē subaudi, alienę,quia rei meæ non facio furtum in eo, quod est meū: sed secus in cōi, vt ff. eo. si socius. (j) Idē & si est nullius : vt hēditarię nō fit furtū, ut ff.eo. l. hēditarię.& iō dixi subaudiri. rei.alienæ.

† alias, SYL. non est.

¶ Declara totam hanc diffinitionē vt pulchre p Gand. ĩ trac. de maleficiis.in c. de furibus.)

ADDI. (j) Dic tamē, q licet socius possit committere furtum, tamen nō præsumitur,vt l. meritō, ff.pro socio. quod est uerum, quādo socius vtitur re ad eum vsum, ad quē est destinata, vt l. Sabinus & l.si ędes. ff..com. diui. Secus si aliter vteretur,ita quod auferetur socio commoditas partis suę,vt d. l.Sabinus,ita dixit Bartol. in d. l.si socius. Ang.

g ¶ Fraudulosa. Hoc ideo dicit,quia si credat sibi licere,nō facit furtū.j.ti ru.j §.quia tñ. Item si credat dominū permissurum,non facit furtū. ĩ. eo.§. placuit. In duobus tamen casib uidetur furtum fieri etiā sine fraude furādi, ut in eo,qui saccum pecunię furripuit. Nam etiam sacci nomine furti tenetur, licet saccum non proposuerit furari, sed pecuniam, vt ff. eod.qui saccum.Sed certe licet non principaliter, secundario tamen uoluit saccū surripere. Alius casus est, ut ff. de cōd. ob cau.l.pen. Item subaudi ad diffinitionem, quæ fit inuito domino. nam eo uolente non potest committi furtum,ut infra eo.§.placuit.

SYL. * ¶ Addeq Alc.li.j Dispunc. c.x.negat subaudiendum,idq; ex l.inter. §. penul.ff.eo.)

h ¶ Vel ipsius rei. i.proprietatis ipsius rei.

i ¶ Vsus. vt habes exemplum. ĩ.eo. tit.

tit. §. furtū aūtē fit. Sed qualiter quadruplicatur hic? Respon. vsus æstimatio tantum quadruplicabitur, vt non plus extendatur pœna quā delictū, vt C. de pę. l. sancimus. & facit. ff. eod. l. vulgaris. & l. si quid fur. j. respon. §. j. & §. ij. & l. verum est. Alij dicunt etiam ipsam proprietatē debere æstimari q̄a non potest separari vsus a proprietate, vt ff. eo. qui iumenta. & l. si vēdide ro. §. eum autem. Prima tamē verior est, vt no. in l. ij. C. de ser. fug. ADDIT. Primam opin. quod vsus tantum quadruplecetur, tenet glos. in l. ij. C. de ser. fu. & ibi Cyn. & docto. & glos. in l. qui furtū ff. de condi. fur. & istam opi. sequitur Bar. in d. l. qui iumēta. ff. eo. Ang.

a ¶ Possessionis. Ex hoc dico ipsam possessionē duplicari, eum aliud sit pretiū rei, aliud possessionis, vt ff. vti pos. si duo. §. final. & subaudi. q hoc fecerit animo lucrandi, alias non est furtum, vt ff. eo. l. j. §. j. Accur.

b ¶ Lege naturali. i. diuina vnde illud. Non facies furtū &c. Item illud, Quod tibi no vis fieri. alii ne feceris.

¶ Reprehendit Bart. & alij seq. ī l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iu. tamen saluat Portu. in l. legitima. in xxij. colū. ff. de pact. de quo vide Deci. in l. pen. vers. prima cōclusio est C. de pact.]

c ¶ Quod. i. quia.

d ¶ Auferendo. Quia fur aufert.

e ¶ A græco. phor græce, dicitur fur latine, & phores. i. fures, & epautophoro. i. manifestus fur scilicet qui cū re deprehenditur: & est indeclinabile. Nam apud Græcos aduerbium est.

¶ Furtorum aūt. Casus. in §. diuidēte & declarāte furtorum species seu genera, & corrigente & seu magis exponente ius iam abrogatum, nō est figurandus nisi literaliter: & nota. satis colliguntur ex summario.]

f ¶ Species. idest casus.

g ¶ Apparebit, ut infra eod. §. conceptum & oblatum.

h ¶ Ab alio. p hoc videtur infringi regula, per liberam personā nihil acquiri, vt C. per quas perso. no. acqui. l. j. quod falsum est, quia magis ex de licto

possessionisve: [a] qđ lege [b] naturali † prohibitum est admittere. Furtum aūt † vel a furuo, id est nigro dictum est, q [c] clā & obscure † fiat, & plerūq; nocte: uel a fraude: uel a ferendo. i. auferendo: [d] vel a Græco [e] sermone, quo fures appellantur φω̃ρες Imo & Græci † ἀπὸ τοῦ φέρειν φῶρας dixerunt.

¶ Hic ponunt duo genera furtorū. Et fur dicit manifestus, qui cū furto inuētus est, vel in loco priuato, uel publico, antequā perueniat ad locum destinatum pro reditu. & ex hoc facile cognoscitur fur nō manifestus. Arc.

¶ Furtorum autem duo sunt genera: manifestū: & † nec manifestū. Nā cōceptū & oblatū, spēs [f] potius actiōis sunt fur to cohærentes, quā genera furtorum: sicut inferius apparebit. [g] Manifestus fur est, quē Græci † αὐτοφώρον appellāt: nec solū is, q in ipso fur to deprehenditur, † sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, quo† furtum fit: ueluti qui in domo furtum fecit, & nondū egressus ianuam deprehēsus fuerit: & qui in olivcto oliuarū: aut ī uineto, uuarū furtum fecit, quā diu ī eo olivcto aut vineto deprehensus fuerit. Item vlterius furtum manifestum est extendendum, quamdiu eam rem fur tenens uisus uel deprehensus fuerit, siue in publico, siue in priuato: uel a domino, uel ab alio, [h] antequā eo perueniat

* † Sic Iustinus Nullum crimen apud Scytas furto grauius, q iure naturali tm̄ vetebantur.

* † Vide in hunc locum A. Gel. lib. j. c. xviij.

† alias fit. ab eo quod ē ferre, φῶρας dixerūt.

* Hoc ex verbis l. xij. tabu. sum ptū est, olim. n. nec pro non dicebant; q̄d annotauit Bud. in l. nec manifesti. ff. e.

Expō græci.

† alias ἐπαυτο φώρῳ. Alc. vero lib. ij. Prę ter. ti. de furtis, legit. χλίπτην φανερὸν.

* † Vide ad hunc SYL. locum A. Gel. lib. xj. c. xviij.

† alias furtum factum fit.

Libera persona alii non acqrit.

licto suo proprio q̃ alterius facto hoc euenit, vt ff. de vsur. l. si quis solutioni. §. si & ff. quod vi aut clam. l. prohibere. Et sunt hęc vera nisi in casu s. cum se occultauit ille, cui fiebat. Nã licet fur visus fuerit, tñ est fur non manifestus, vt ff. de fur. l. si quis in seruitute. §. ceterum.

SYL. * ¶ Adde ꝙ solus visus nõ sufficit, vt quis cẽseat esse fur manifestus, ita tenet Barto. i l. si vẽdidero. § cum raptor. ff. e.]

a ¶ Deponere destinasset. Intm (secũdũ H.) vt si vltra montes perferre destinasset, tñ si deprehẽdat̃ ante, erit fur manifestus.

SYL. ¶ Dic tñꝙ in seq. casu, qñ. s. ꝑtulit * iam licet nõ dicatur manifestus fur, est tñ fur, & furti actione tenet̃. quod tñ non ꝑcederet in honesta ꝑsona, vt declarat Decius in l. qui accusare. in ij. col. C. de eden.

† Vide ad hũc §. Aul. Gel. lib. xj. cap. viij. & Alc. li. v. Par. c. vii.

Disciplina eadẽ est cõtrariorum.

b ¶ Nec manifestum. s. quia contrariorum eadẽ est disciplina, vt supra de ijs q sũt vel alieni iuris sunt. §. j. & facit ad hunc §. ff. eo. l. ij. iij. iiij. v. vj. vij. & viij.

c ¶ Conceptum. Testibus pręsentibus. No. ꝙ magis dicitur notus ille, qui præsentibus testibus in delicto deprehẽditur. facit † lex hæredes palã. in princip. ff. de testamen. Angelus.

Ista glosa non est Accur.

† alias dederit.

nerit, quo deferre vel deponere[a] destinasset. Sed si pertulit quo destinauit, tametsi deprehendatur cũ re furtiua, non est manifestus fur. Nec[b] manifestũ furtum quid sit, ex ijs, quę diximus, intelligitur. nã quod manifestum nõ est, id scilicet nec manifestum est.

¶ Actiones furti cõcepti, & furti prohibiti, & furti nõ exhibiti, recesserunt ab vsu. Et qui scienter rem furto subtractã recipit & occultat, tenet̃ furti non manifesti. Ang. Aret.

¶ Conceptũ † furtũ dr̃, cum apud aliquẽ testib. pręsentibus[c] furtiua res q̃sita & inuẽta sit. nã in eũ propria actio cõstituta[d] est, quãuis fur non sit, quæ appellatur concepti.

¶ Oblatum furtum dr̃, cum res furtiua ab aliquo tibi oblata sit, eaque apud te concepta sit Vtique si ea mente tibi data fuerit, vt apud te potius, quam apud eũ, qui† dedit, conciperetur. nã tibi, apud quem concepta sit, propria aduersus eũ qui obtulit, quãuis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati.

¶ Est ẽt prohibiti furti actio aduersus eũ, qui furtũ quærere testib. præsentib. volentẽ prohibuerit. ¶ Præterea pęna constituit̃ edicto prætoris ꝑ actionẽ furti non exhibiti, aduersus eum q furtiuam rem apud se quæsitam & inuentam non exhibuit.

¶ Sed hę actiones, scilicet concepti, & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in desuetudinẽ abierunt. Cũ. n. requisitio rei furtiuę hodie secundum veterum obseruationẽ nõ fiat[e] merito ex cõsequẽtia[f] ẽt præfatę actiones ab vsu cõi recesserũt: cũ manifestũ sit, ꝙ oẽs, qui sciẽtes rẽ

d ¶ Constituta est. s. olim.

e ¶ Nõ fiat. Immo fit, ut ff. de seru. fugi. l. j. §. hoc aũt. Sed illud est speciale in persona serui.

SYL. ¶ Hęc vera cessantibus indicijs, nã his cõcurrẽtibus fit, secundũ Bart. in l. requirẽdi. C. de ser. fug.]

f ¶ Ex consequentia. Hec non est semꝑ bona cõsequẽtia, vt sublata solennitate ideo id tollatur, quod cum solennitate fit, vt supra de verbo. oblig. §. sed hęc. & C. de form. & impe ao. sub. l. j & i. Accur.

a ¶ Pęna manifesti. q̃ eſt de iure pręторio, vi j̃. de perpe. & tem. ac. §. j.

SYL. ¶ Adde ſecūdum Iaſ. in §. ſed iſtę col. xxij. j̃. de act. q̄ iſtę pęnæ non debentur in foro conſcientię.]

credidiſſe dn̄m voluiſſe, præſertim cū verba diffinitionis videanť verificari. Cuius contrariū dr̄, quia immo verba deffinitionis nō conueniūt ꝑ illud verbū, fraudulosa. neceſſe eſt aut q̄ ex ꝓbabilibus cauſis credat vt declarat gl. in ver. ꝑmiſſurum.]

furtiuā ſuſceperint & celauerint, furti nec manifeſti obnoxij ſunt.

¶ Pęna [a] manifeſti furti quadrupli eſt, tam ex ſerui [b] quam ex liberi pſona: nec mãifeſti, [c] dupli. [d] †

¶ Contrectatio rei alienæ inuito domino furti actionē parit. Ang. Aret.

¶ Furtū aūt fit, non ſolū cū qs, ĩtercipiē di cā rē alienā amouet, ſed gn̄aliter cū quis alienā rē inuito [e] dn̄o contrectat.

† Itaq; ſiue creditor pignoř, ſiue is, apud quē res depoſita eſt, ea re vtatur: ſiue is, qui rem vtendā accepit, in aliū vſum eā trāsferat, quā cuius gratia ei data ē, furtū committit: veluti ſi qs argentū vtēdū acceperit, quaſi amicos ad cęnā inuitatur*, & id peregre ſecū tulerit: aut ſi qs equū geſtādi [f] cā cōmodatū ſibi, lōgius aliquo duxerit: qđ veteres ſcripſerunt de eo, qui in aciem equum pduxiſſet. [g]

¶ Contrectās rem, quā contrectare credit probabiliter dn̄i voluntate, furti non tenetur. Aret.

¶ Placuit tamē eos, qui rebus cōmodatis aliter vterenť, q̃ vtēdas acceperīt, ita furtū cōmittere, ſi ſe intelligāt [h] id inuito domino facere, eūq; ſi intellexiſſet, non pmiſſurū. at ſi permiſſurū [i] credant, ex

b ¶ Ex ſerui. hoc tamē caſu ſeruus pro noxa dari poterit, vt j̃. de noxa actio in prin.

c ¶ Nec manifeſti. ſ. quę deſcendit ex l. xij. tab. vt j̃. de noxa. §. ſunt aūt. Sed quař minor pena iure. l. xij. tabu. imponiť q̃ per prętorē? Rā. quia maius delictū eſt, vt j̃. titu. pro xi. in princi. ꝑterea tpe legis. xij tabu. paupiores erāt homines vnde minores pœnę imponebantur, vt infra de iniur. § pęn.

d ¶ Dupli. niſi ĩ caſu. vt C. de ſer. fu. l. mancipia.

e ¶ Inuito dn̄o. Et q̄n̄q; volente, vt̄ĩ fra eo §. unde illud. Ac.

f ¶ Geſtādi cā. i. ducēdi

ADDIT. No cōtra illos, qui accipiunt in cōmodatum equum vſque ad villam, & poſtea ducunt eū Bononiā: tunc furtū cōmittunt. Ang.

*ADDIT. Geſtari hoc loco eſt, vel voluptaris gratia, vel valetudinis, ſella geſtatoria aut lecti ca portari.

g ¶ Perduxiſſet. Idem

† Quam varię pę nę ſtatu te fue rint ĩ fures, lege A. Cel. li xj. ca. xviij. Prętor plus punit q̃ l. xij. tabu.

* § Ad oĩa infra ſcripta exēpla vide A. Gel. h. vij. cap. xv.

SYL. ¶ Furtum aūt fit. Caſus. Ita figurari pōt ĩ ſcđa parte: (prima. n. clara eſt, quia ex verbis diffinitionis decideba tur) videbatur, q̄ contrectans inuito dn̄o, dato q̄ neſciret id fieri iuito dn̄o, vel crediderit cōtrariū, oĩno deberet furti teneri: rō ē, q̄a cū actio ipſa oria tur ex re, nō aūt ex volūtare & cōſenſu, vt dictum eſt, non vř attendendū niſi quod in veritate, non autē quod ſit in opinione aut credulitate contre ctantis: alias. n. eſſet aperta via fraudibus, ſemper. n. poſſet iurans dicere ſe

eſt & ſi alij cōmodauit. ſpēs. n. furti ē đ alieno largiri, vt ff e. ſi pignore. §. j.

h ¶ Placuit. Intelligant. Et eſt rō, quia voluntas diſtinguit maleficia, vt ff. eo qui iniuriæ. in ſi. j. reſpon. & facit C. ad l. Corn. de ſica. l. j. & ff. ſi cer. pe. l. quod te. patet in c. cum volūtate. extra de ſent. excom.

* ¶ Quod ait intelligāt, ita accipien dū eſt, vt idē ſit & ſi id intelligere deberent, ſcđm Au. G. li. xj. c. vlt. ad ſi.]

i ¶ Permiſſurū. Quid ſi hoc credidit, ſcilicet dn̄um pmiſſurū, ſed ſtulte credebat?

Furtum facit q de alieno largiť. Maleficia voluntate diſtinguunť.

SYL.

debat? Rñ. furti non tenet, cū non fiat furtum absq; affectu, vt hic subijcit, & supra de vsuc. §. item si is. & facit ff. de fur. l. inter oēs. §. recte. sed actione ex contractu, vt commodati, vel simili bene tenet, vt ff e. l. qui re sibi cōmodata. sed secus si stulte opinor te p missurū rem tuam accipere, vt ff. de fur. qui vas. §. vetare.

SYL. ¶ Declarat hic verū, qñ ab initio habuit domini volūtate: alias est præsumptio iuris contra sum tē. & nisi doceat, qualiter iure credidit, tenet furti: & ita alias cōsului & obtinui.]

ADDIT.

* An autē & qñ stet asser tiōi alicuius in dependētib. ab eius aīo, vide Angel in §. sed iste. j. de act.

a ¶ Nō cōmittit. Nisi ī duobus casibus, vt dixi supra. §. j.

SYL. ¶ Sed & si credat Caius. Ponit in tex. & ratio suæ decisionis ponitur ibi, tamē consilium corruptoris. vbi respondet rationi dubitandi. assignat & aliam rationem ibi, ne ex huiusmodi. impunitate. No. sūmariū. Itē q consiliū tendēs ad perniciē alterius punit. Itē no. q hic punitur affectus, quamuis non sequatur effectus.]

b ¶ Fieri. vt furti actio nascat: furtū tamen fit, secūdum quosdā. Sed certe immo nec furtum fit, vt ff. eod. l. inter oēs. §. pen. SYL.

tra crimen videri, optima sane distinctione: qa furtū sine affectu furandi non committitur.[a]

¶ Contrectans rem domini volūtate, licet credat dominum inuitū, furti nō tenetur: nisi in vno casu s. in corrumpēte seruum alienum. Ang.

¶ Sed & si credat aliquis inuito domino se rem cōmodatā sibi contrectare, domino aūt volēte id fiat, dr furtū non fieri.[b] ¶ Vñ illud quæsitū est, cum Titius seruū Mæuij solicitauerit, vt quasdā res domino[c] surriperet: & ad eū[d] perferret, & seruus id ad Mæuiū pertulerit:[e] Mæuius aūt, dū vult Titiū in ipso delicto deprehendere, permiserit seruo quasdā res ad eū pferre: vtrū furti, an serui corrupti iudicio teneat Titius, an neutro. Et cū nobis sup hac dubitatione suggestū est, & antiquorū prudentiū sup hoc altercationes pspexim⁹, qbusdā neq; furti, neq; serui corrupti actionē pstantib. qbusdā furti tantummodo: nos huiusmodi calliditati obuiā eūtes per nostrā decisionē[f] sancimus, † nō solū furti actionē,[g] sed & serui corrupti cōtra eum dari. Licet[h] n. is seruus deterior a solicitatore minime factus † sit, & ideo non cōcurrant regulę,[i] quę serui corrupti actionem introducūt: tn consilium corruptoris ad perniciē[k] probitatis serui introductum est, vt sit ei pęnalis actio imposita, tanquam si re ipsa fuisset seruus cor

c ¶ Domino. Scilicet Męuio. Accur.

d ¶ Et ad eū. Scilicet Titium.

e ¶ Pertulerit. i. domino hoc renūciauerit, vt C. de fur. l. si quis seruo alieno.

f ¶ Decisionem, vt C. de fur. & seruo corrup. l. si quis seruo alieno.

g ¶ Furti actionē. Speciale est qđ hic dr, alias non fit furtū volēti, vt supra proxi. §. & ff. de don. inter vir. & vxo. l. de eo. §. dic vt in si. quę est contra. Sed videt q nec hoc casu debeat esse speciale, vt C. de seruis fugitiuis. l. quicunq;. §. fin. Sed ibi incępit malitia a domino, hic autem ab ipso corrumpente.

† Quid autē in filiofa. vxore viro, vel monacho corruptis, an hēat locū pęna isti⁹, §. dic vt p Ange. hic. Furtum nō fit volēti.

† alias est.

h ¶ Licet. i. quamuis.

i ¶ Regulę. quas regulas habemus ff de ser. corrup. l. j. in princ. & per totum. tit.

K ¶ Perniciem. i. destructionem.

a ¶ Impunitate. sic infra tit. j. § quia nū hoi, sed ne dum talia. Accur. Flor.

Pœna vnius ē metus multorum.

b ¶ Quibusdam. Item & vt vnius pœna sit metus multorum, vt C. ad l. Iul. repe. l. j. Et no. in hoc §. puniri affectū, & si non sequatur effectus. sic C. de episc. & cl. l. si quis nō dicā. & C. de ijs qui ad eccle. confu. l. præsenti. Argum. contra ff. de pœn. l. cogitationis. Sȝ certe hęc cogitatio iā deuenerat ad aliquem actum, vnde non erat nuda. Accur. Flor.

Affectus punitur, & si nō sequatur effectus.

ruptus: ne ex hmōi impunitate[a] & in aliū seruū, qui facile posset corrumpi, tale facinus a quibusdam[b] perpetretur.

¶ In filijs in potestate potest ēt furtū committi. Aret.

¶ Interdū ēt liberorū hominū furtum fit: [c]veluti si quis liberorum nostrorū, qui in ptāte nr̄a sūt, surreptus fuerit.

¶ Debitor, q̄ surripit rem pignoratam creditori, furti tenetur. Aret.

¶ Aliquādo aūt ēt suę rei furtum quis cōmittit: veluti si debitor rem, quam creditori pignoris cā

SYL. * ¶ Adde q̄ quibus casibus punitur affectus sine effectu, non eadem pęna punitur, sed leniore, vt late Tho. Gra. in decisi ij. & lxxiiij.

ADDITIO. Tu dic circa istam materiam, q̄ aut quis non cogitat delinquere, nec agit, nec perficit, & regulariter nō tenet̄. fallit in casu l. quisquis. C. ad l. Iu. maie. & l. ij. C. de lib. & eo. libe. Aut cogitat tm̄, & iure poli punit̄, non fori. Aut cogitat & agit, sed non perficit, & tunc ciuilis actio non dat̄, nisi delictum de facili trāseat in exēplū, vt hic. In criminali āt distingue, quia pro delicto accessorio (puta qa fragit ostium vel fenestras) punit̄, nō pro principali, nisi pcesserit ad actū proximū ipsi delicto, qđ ex facti impedimento nō perfecerit. Aut agit, & perfecit, sed non cogitauit, & tūc siue culpa id euenerit, siue casu, semper tenetur, dummodo culpa pręcesserit casum: mitius tn̄ punitur quatenus ex leuiori culpa fuit obnoxius. Quādo aūt agit, cogitat, & perficit, clarum est ipsum fore puniendum, nec est loc⁹ pœnitentię. l. qui ea mente. ff. eo. fallit in l. 2. ff. de cri. stel. Aret.

SYL. ¶ Interdum etiam &c. Casus. Rō dubitandi erat, quia liber homo, q̄uis sit in potestate patris nō tn̄ est in dominio patris: ideoq; nō potest dici cōtractio rei alienæ, qa non est res aliena, item nec inuito dño, cum non sit dn̄s, & ideo vbi non verificantur verba diffinitionis, ibi nec diffinitū. l. j. ff. de dolo sed contrarium dr̄, q̄ quamuis non habeat dn̄ium verū, tn̄ ad ipsum recupetandū p̄ditæ sunt actiones ac si esset in dn̄io ipsius. l. j. §. j. ff. de rei vē di. Iō nimirum si datur furti etiā.]

e ¶ Furtū fit. Non rōne dominij sed maleficij. Et ideo ex hoc maleficio. non ciuiliter, sed criminaliter agitur. Nam cum sit liberum corpus, non recipit ęstimationē, vt ī. de obliga. quę ex quasi delicto § j. versi. ob hominē. criminaliter autem extra ordinem agetur, vt ff. eo. l. fi. & de priua. deli. l. fi.

Corpus liberum est inæstimabile.

SYL. ¶ Hęc gl reprobatur, quia loquitur contra hunc tex. qui dicit, furtum fit, vnde dic vt in figuratione casus.]

¶ Mater vero non agit. sed & pater non agit condictione furtiua, cū ipsa ad possessionem vel proprietatem cōpetat, quorum neutrum in filio habet locum, vt ff. eo. l. eum qui. § si filius. & l. mater. in prin. & l. liberorū. & ff. de acquir. pos. l. cum heredes. § fin. ff. de rei ven. l. j § per hanc.

Condō furtiua ad possessionē vel proprietatē cōpetit.

ADDITIO. Istam gloss. reprobant doc. quia immo similiter agitur, & duplicantur operę vel damna, quę pater sustinuit, qui licet non proprie, largo tamen modo habet in filiū dominiū & possessionē, quod patet, quia habet rei vend. de iure Romano, vt l. j. § j ff. de rei vend.

SYL. ¶ Aliquando autē. Casus. Rō dubitandi erat verbum, alienæ, positum in diffinitione. I. ē potest colligi ex tex. in l. si socius. ff. de fur. contrariū dicitur, & est ratio, quia cum creditor

exce-

dedit, subtraxerit. [a]

¶ Nō solū principalis furtū committit, sed ēt opē p̄stās furti tenetur. Et qui per lasciuiam, nō ut furtum fiat furto præstat opem, non obligatur furti Are.

¶ Interdum † quoq; † furti tenetur [b] qui ipse furtū non facit: qualis est is, cuius ope & cōsilio furtum factum est. In quo numero est qui tibi nummos excussit, vt alius eos raperet: aut tibi obstiterit, vt alius [c] rem tuam exciperet: aut oues tuas uel boues fugauerit vt alius eas acciperet. Et hoc ueteres scripserunt de eo, qui panno rubro fugauit armētum. Sed si quid eorum per lasciuiā, [d] & non data opera, vt furtū admitteretur, factū est, in factū [e] actio dari dēt. At ubi [f] ope Meuij Titius furtū fecerit, ambo furti tenētur. Ope † & consilio ei' quoque furtū admitti uidetur, qui scalas forte fenestris supponit, [g] aut ipsas fenestras uel ostiū effringit, vt alius furtū faceret: quiue ferramēta ad effringendum, aut scalas, vt fenestris supponerentur, commodauerit, sciens cuius rei gratia commodauerit. Certe qui nullam opem ad furtū faciendū adhibuit, sed tantum cōsilium dedit, atq; hortatus est ad furtum faciendum; non tenetur [h] furti.

excepto vsu pignus possideat. l. serui nomine, & ibi Bart. ff. de vsuc. ergo debitor subtrahendo furtum cōmittit, tum respectu passionis, vt supra eo. §. j. tū respectu iuris & cautionis, quā habet creditor in incūbēdo pignori, quia sua īterest. l. itaque. §. j. ff. e. & hęc actio datī ei, cuius īterest. l. manifesti. in princ. cum ibi no. C. eodem.]

a ¶ Subtraxerit. Sed hæc res non efficitur furtiua, vt ff. de vsuca. sequitur. §. si rem & ff. pro empto. si rem. Vnde dic, ꝙ qñq; est res furtiua, & fit furtū, & nascitī actio furti, vt fere in toto hoc tit. & ff. eod. & C. eo. Interdum nullū eorum est: vt si re mea vtar. Interdū furtū fit & res furtiua, sed actio furti non nascitur, vt infra eo. §. ij. q. Interdum furtum fit, & actio nāscit, sed non sit res furtiua, ut hic dicitur.

† alias non est quoq;.

† De materia huius. §. uide in c. qui cum fure. iūcta glo. extra de fur.

Fur, furtiua res & conditio furti. qñq; separantur.

¶ Similiter est glo in l. seqtur. §. si iē ff. de vsucap.

¶ Interdu furti. Casus figuratio clara est, & rō ēt decidendi, cum tota pēdeat ex animo, volūtate, & affectu furandi. Cætera dic vt per Ang. hic.]

b ¶ Interdum Furti tenet. Non manifesti, licet etiā deprehendatur, vt ff. eodem. l. is qui.

c ¶ Alius. Facit ad hoc. ff. ad l. Aquil. si seruus seruum. §. si quis de manu mihi, & ff. eo. l. furti § pe. & l. q. seruo.

d ¶ Per lasciuiam. i. stultitiam.

* ¶ Lasciuia quid sit, declarat eleganter Bud. in Anno. ad Pande. l. ex conducto. §. sed & si labes. de loc. & condu.] SYL.

e ¶ In factū. i. utilis legis Aquilię, si corpora lęsa sint: alioqn subsi diaria, vt infra ad. l. aql. § ti. & § pe.

† Concor. cū hoc. §. c. si culpa. iuncta. glo. super verb. tulisti. extra de iniu. & dā. dat.

f ¶ At vbi. Aduersaī ꝑxi. dicto, vbi dixit dari in factum.

g ¶ Supponit No. hic dari cōsiliū solo facto: alias dī consilium hoīs intentio vel ꝓpositum; vt ff. eo. si quid fur. §. j. Item dī cōsilium quod alijdatur bonum vel malum, vt ff. eo. in furti. §. pe. in fi. Item consilium dicitur, quod capitur a multis, vt C. de le. & consti. l. humanum.

Consilium sumitur multipliciter.

* ¶ An & quando quis teneī ex consilio, & quis dicatur consilium ponere, tradit late Dec. in l. consilij. ff. de regul. iur.) SYL.

h ¶ Non teneī furti. Cū alias eēt facturus furtū ēt sine consilio huius, alias. i. si non erat alias facturus, teneī vterq; ff. de fur. qui seruo. & de verb.

fig.l. sępe. (j) Aliud vr̃ in actione serui corrupti, vbi tenet̃ ẽt si alias ẽ & factu rus, nec enim oporret laudãdo augeri maliti ã, vt infra ad l. Aquil. §. cæterũ. & infra de act. §. in quadruplũ, & ff. de ser. corru. l. j §. persuadere. Sed q̃ est rõ? R̃n. quia hic agit de delicto secuto post persuasionẽ, nõ autẽ ex ipsa persuasione: & ideo distiguit an erat alias facturus uel non: sed in alijs casib. ex ipsa persuasione agit̃ quie quid postea sequat̃, vt s̃. eo. §. vnde illud. dummodo non ex interuallo nimio sequat̃, † vt ff. de ser. corr. l. ĩ hoc. & l. Nerati⁹. Item est cõtra. j̃. d̃ iniu. §. nõ solum. Sed ibi non erat alias facturus & fecit.

vt hic dr̃: & vbi furtũ, videbat̃ esse debere actio furti: sicuti vbi est obligõ, est actio. contrariũ d r̃, & ratio est non infamia oriens ex actione furti, vt ali qui dicunt, sed quia non interest patris vel domini habet̃ actionem, vt §. sequ quia effectualiter ageret cõtra se. Hinc est, q̃ si filius habet peculiũ, vt dicitur in glo filius tenet̃, quia põt interesse habere actionẽ No. colligo vt p Ang.]

¶ Filius & seruus surripiendo pri uel dño furtũ cõmittũt, & res efficit̃ furtiua, licet actio furti non nascat̃: qui tũ opem vel consilium dederit, tenet̃ furti. Aret.

